ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΝΑΥΚΡΑΤΙΤΟΥ
ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΑΙ

ATHENAEI
NAUCRATITAE
DEIPNOSOPHISTARUM
LIBRI QUINDECIM

EX OPTIMIS CODICIBUS NUNC PRIMUM COLLATIS
EMENDAVIT AC SUPPLEVIT
NOVA LATINA VERSIONE ET ANIMADVERSIONIBUS
CUM IS. CASAUBONI ALIORUMQUE TUM SUIS
ILLUSTRAVIT
COMMODISQUE INDICIBUS INSTRUXIT

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER
ARGENTORATENSIS
INSTITUTI SCIENTIAR. ET ART. POPULI GALLO-FRANC. SOCIUS
ANTIQUAR. LITERAR. IN SCHOLA ARGENT. PROF.

TOMUS QUINTUS

ARGENTORATI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE
ANNO XIII (1805)

ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

I. Argumentum libri: Amatorius sermo.

p. 555 a ΑΝΤΙΦΑ'ΝΗΣ ὁ κωμῳδιοποιός,[1] ἑταῖρε Τιμόκρατες, ὡς ἀνεγίνωσκέ τινα τῷ βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ τῶν ἑαυτοῦ κωμῳδιῶν, ὁ δὲ δῆλος ἦν οὐ πάνυ τι ἀποδεχόμενος· „Δεῖ γάρ, ἔφησεν, ὦ βασιλεῦ, τὸν ταῦτα ἀποδεχόμενον, ἀπὸ συμβόλων τε πολλάκις δεδειπνηκέναι, καὶ περὶ ἑταίρας πλεονάκις καὶ εἰληφέναι καὶ δεδωκέναι πληγάς·" ὥς φησι Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς ἐν τοῖς Περὶ Κωμῳδίας. Ἡμεῖς οὖν τὸν περὶ

1 κωμῳδοποιὸς edd.

ATHENAEI
DEIPNOSOPHISTARUM
LIBER DECIMUSTERTIUS.

ANTIPHANES comicus, amice Timocrates, quum suarum comoediarum quamdam Alexandro recitasset, eamque sibi non admodum probari rex prae se ferret: *Nil mirum*, inquit, *o Rex: oportet enim, qui haec probaturus sit, saepius hunc e symbolis coenasse, & meretricis caussa saepe plagas & accepisse & intulisse:* ut narrat Lycophron Chalcidensis in libris DE Comoediâ. Nos igitur sermo-

Ἐρωτικῶν λόγον ἐνταῦθα μέλλοντες κατατάττειν, b (ἐγένοντο γὰρ καὶ περὶ γαμετῶν καὶ ἑταιρῶν πολλάκις λόγοι) εἰδόσιν [1] ἐκτιθέμενοι τὴν ἱστορίαν, τῶν Μουσῶν τὴν Ἐρατὼ ἐπικαλεσάμενοι, εἰς μνήμην ἡμῖν ἰέναι τὸν ἐρωτικὸν ἐκεῖνον κατάλογον, [2] ἐντεῦθεν τὴν καταρχὴν ποιησόμεθα·

Εἰ δ᾽ ἄγε νῦν, Ἐρατώ, παρ᾽ θ᾽ ἵστασο καί μοι ἔνισπε,

τίνες λόγοι περὶ αὐτοῦ τοῦ ἔρωτος καὶ τῶν ἐρωτικῶν ἐλέχθησαν.

II.

Spartanorum nuptiae fortuitae.

Καὶ γὰρ τὰς γαμετὰς ὁ καλὸς ἡμῶν ἑστιάτωρ ἐπαινῶν, Ἕρμιππον, ἔφη, ἐν τῷ Περὶ Νομοθετῶν c ἱστορεῖν, ὅτι ἐν Λακεδαίμονι εἰς οἴκημά τι σκοτεινὸν πᾶσαι συνεκλείοντο αἱ κόραι, συγκλειομένων καὶ τῶν ἀγάμων νεανίσκων· καὶ ἕκαστος ἧς ἐπιλάβοιτο, ταύτην ἀπῆγεν ἄπροικον. διὸ καὶ Λύσανδρον ἐζημίωσαν,

1 οὐκ εἰδόσιν corr. Caſ. cum Dal. 2 κατὰ λόγον Ms.

nem *de Rebus Amatoriis* hoc loco expoſituri, (crebri enim & *de Uxoribus* & *de Meretricibus* ſermones inciderunt) quum non ignaris narraturi ſimus hiſtoriam, Muſarum de choro Eratonem invocantes, ut in memoriam nobis revocare *Amatorium* illum *Catalogum* velit, hinc auſpicabimur:

Age nunc, Erato, adesdum, & ſuggere mihi,
quinam ſermones de Amore ipſo & de rebus Amatoriis dicti fuerint!

2. Igitur *legitimas uxores* laudans praeclarus noſter convivator: Hermippum, ait, in libro De Legumlatoribus tradere, *Lacedaemone* virgines omnes in obſcuro quodam conclavi concludi ſolitas, unàque concluſos fuiſſe iuvenes coelibes; quorum quiſque quamcumque prehendiſſet, illam domum uxorem abduceret indotatam. Itaque etiam Lyſandrum multatum fuiſſe, quod

ἔτι καταλιπὼν τὴν προτέραν, ἑτέραν ἐβούλευετο περικαλλεστέραν ἀγαγέσθαι. Κλέαρχος δ' ὁ Σολεὺς, ἐν τοῖς Περὶ Παροιμιῶν· „Ἐν Λακεδαίμονι, φησὶ, τοὺς ἀγάμους αἱ γυναῖκες ἐν ἑορτῇ τινι περὶ τὸν βωμὸν ἕλ-
d κουσαι ῥαπίζουσιν· ἵνα τὴν ἐκ τοῦ πράγματος ὕβριν φεύγοντες, φιλοστοργῶσί τε καὶ ἐν ὥρᾳ προσίωσι τοῖς γάμοις. ἐν δὲ Ἀθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἑνὶ ἔζευξεν, ἀνέδην τὸ πρότερον οὐσῶν τῶν συνόδων, καὶ κοινογαμίων ὄντων. διὰ καὶ ἔδοξέ τισι διφυὴς νομισθῆναι, οὐκ εἰδότων τῶν πρότερον διὰ τὸ πλῆθος τὸν πατέρα.“ Ἐκ τούτων οὖν τις ὁρμώμενος μέμψαιτ' ἂν τοὺς περιτιθέντας Σωκράτει δύο γαμετὰς γυναῖκας, Ξανθίππην καὶ τὴν Ἀριστείδου Μυρτὼ, οὐ τοῦ δικαίου καλουμένου, (οἱ χρόνοι γὰρ οὐ συγχωροῦσιν) ἀλλὰ τοῦ
a τρίτου ἀπ' ἐκείνου. εἰσὶ δὲ Καλλισθένης, Δημήτριος ὁ

Cecrops matrimonium instituit Athenis.

Socrates an bigamus?

relicta priore aliam formosiorem ducere constituisset. Clearchus vero Solensis, in libris DE Adagiis, ait: »Lacedaemone festis quibusdam diebus viros coelibes nuptae mulieres circa altare trahentes colaphis caedunt; quo illi, indignitatem eius contumeliae fugientes, naturali adfectui procreandae sobolis pareant, & tempestivum ineant matrimonium. *Athenis* vero primus *Cecrops* unum uni iunxit, cum promiscui olim congressus & communes nuptiae fuissent. Quam ob caussam etiam, ut statuunt nonnulli, *διφυὴς* habitus est Cecrops; (id est, *duplicis naturae*; vel, *utriusque generis auctor, cum paterni, tum materni*;) quum olim homines, ob promiscuam multitudinem, patrem nescivissent.« Ab his initiis profectus merito reprehendat aliquis hos qui Socrati duas uxores tribuunt, Xanthippen & Myrtonem, Aristidis filiam, non illius qui Iustus est cognominatus, (repugnat enim temporum ratio) sed tertii ab illo. Sunt autem hi Callisthenes, Demetrius Phalereus, Satyrus Pe-

Φαληρεὺς, Σάτυρος ὁ Περιπατητικὸς, Ἀριστόξενος· οἷς τὸ ἐνδόσιμον Ἀριστοτέλης ἔδωκεν, ἱστορῶν τοῦτο ἐν τῷ Περὶ Εὐγενείας. εἰ μὴ ἄρα συγκεχωρημένον κατὰ ψήφισμα τοῦτο ἐγένετο τότε διὰ σπάνιν ἀνθρώπων, ὥστ' ἐξεῖναι καὶ δύο ἔχειν γυναῖκας τὸν βουλόμενον. ὅθεν καὶ τοὺς τῆς κωμῳδίας ποιητὰς ἀποσιωπῆσαι τοῦτο, πολλάκις τοῦ Σωκράτους μνημονεύοντας. παρέθετο δὲ περὶ τῶν γυναικῶν ψήφισμα Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος· ὅπερ σοι διαπέμψομαι, εὐπορήσας τοῦ βιβλίου. ἀντεῖπε δὲ b τοῖς λέγουσι περὶ τῶν Σωκράτους γυναικῶν Παναίτιος ὁ Ῥόδιος.

III. Pellicum usus apud Barbaros.

Παρὰ δὲ Πέρσαις ἀνέχεται ἡ βασίλεια τοῦ πλήθους τῶν παλλακίδων, διὰ τὸ ὡς δεσπότην ἄρχειν τῆς γαμετῆς τὸν βασιλέα, ἔτι δὲ καὶ διὰ τὸ τὴν βασιλίδα, ὥς φησι Δίνων ἐν τοῖς Περσικοῖς, ὑπὸ τῶν παλλακίδων θρησκεύεσθαι· προσκυνοῦσι γοῦν αὐτήν. Καὶ ὁ Πρίαμος δὲ πολλαῖς χρῆται γυναιξὶ, καὶ ἡ Ἑκάβη οὐ δυσχεραίνει. λέγει γοῦν ὁ Πρίαμος·

ripateticus, Aristoxenus: quibus praeivit Aristoteles, in libro De Nobilitate generis id tradens. Nisi fortasse plebiscito concessum hoc tunc temporis fuit ob hominum raritatem, ut volenti licuerit etiam duas habere uxores. Quare etiam comici poëtae hoc tacuerunt, quamvis frequentem Socratis mentionem facientes. Adposuit vero decretum de uxoribus Hieronymus Rhodius; quod ad te mittam, ubi libri compos fuero factus. At illis, qui de duabus Socratis uxoribus scripserunt, contradixit Panaetius Rhodius.

3. Apud *Persas* vero regina multas *pellices* tolerat, cum quia rex uxori veluti dominus imperat, tum quia reginam (ut ait Dinon in Persicis) venerantur pellices; quippe quae eam adorant etiam. Sed & Priamus multis utitur foeminis; neque id aegre fert Hecuba. Dicit sane Priamus:

c Ἐννεακαίδεκα μέν μοι ἰῆς ἐκ νηδύος ἦσαν,
τοὺς δ' ἄλλους μοι ἔτικτον ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκες.

Παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησιν οὐκ ἀνέχεται ἡ τοῦ Φοίνικος μήτηρ τὴν τοῦ Ἀμύντορος παλλακίδα. Μήδεια δὲ, καίπερ εἰδυῖα τὸ ἔθος, ὅτι ἐστὶ βαρβαρικὸν, οὐ φέρει οὐδὲ αὐτὴ τὸν Γλαύκης γάμον, ἤδη εἰς τὰ ἀμείνω καὶ Ἑλληνικὰ ἐνδεδιῃτημένη. καὶ ἡ Κλυταιμνήστρα δὲ περιπαθὴς γενομένη, τὴν Κασάνδραν σὺν αὐτῷ τῷ [1] Ἀγαμέμνονι ἀποκτείνει, ἣν εἰς τὴν Ἑλλάδα ὁ κρείων d ἐπηγάγετο, ἐν ἔθει γενόμενος βαρβαρικῶν γάμων. „Θαυμάσαι δ' ἄν τις, φησὶν Ἀριστοτέλης, ὅτι οὐδαμοῦ τῆς Ἰλιάδος Ὅμηρος ἐποίησε Μενελάῳ συγκοιμωμένην παλλακίδα, πᾶσι δοὺς γυναῖκας. [2] κοιμῶνται γοῦν παρ' αὐτῷ καὶ οἱ γέροντες μετὰ γυναικῶν, Νέστωρ καὶ Φοῖνιξ. οὐ γὰρ ἦσαν οὗτοι ἐκλελυμένοι τοῖς σώμασιν ἐν τοῖς τῆς νεότητος χρόνοις, ἢ διὰ μέθης, ἢ δι'

Menelaus ad Troiam concubina non utitur.

1 Abest artic. edd. 2 γυναῖκα edd.

Novemdecim quidem mihi uno ex utero erant;
reliquos vero mihi pepererunt in aedibus foeminae.

Apud Graecos vero, pellicem Amyntoris non patitur mater Phoenicis. Et Medea, quamvis gnara moris apud barbaros recepti, non fert tamen Glauces nuptias, quippe iam melioribus Graecorum institutis adsueta. Item Clytaemnestra, dolore incensa, Casandram simul cum ipso Agamemnone interficit, quam secum in Graeciam adduxerat rex, barbaricis nuptiis adsuetus. » Miretur vero aliquis, ait Aristoteles, quod nusquam in Iliade Menelaum cum pellice concumbentem faciat Homerus, qui tamen aliis omnibus mulieres tribuit. Concumbunt sane apud illum cum mulieribus etiam senes, Nestor & Phoenix. Non fuerunt enim hi effoeto corpore, vitio ex iuvenili aetate contracto, sive per temulentiam, si-

ἀφροδισίων, ἢ καὶ διὰ τὰς ἐν ταῖς ἀδηφαγίαις ἀπεψίας, ὥστε εἰκότως ἔῤῥωνται [1] τῷ γήρᾳ. ἔοικεν οὖν ὁ Σπαρτιάτης αἰδεῖσθαι γαμετὴν οὖσαν τὴν Ἑλένην, ὑπὲρ ἧς καὶ τὴν στρατείαν ἤθροισε· διόπερ φυλάττεται τὴν e πρὸς ἄλλην κοινωνίαν. ὁ δ' Ἀγαμέμνων ὡς πολυγύναιος ὑπὸ Θερσίτου λοιδορεῖται·

Πλεῖαί τοι χαλκοῦ κλισίαι, πολλαὶ δὲ γυναῖκες
εἰσὶν ἐνὶ κλισίῃς ἐξαίρετοι, ἅς τοι Ἀχαιοὶ
πρωτίστῳ δίδομεν.

Ἀλλ' οὐκ εἰκὸς, φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης, εἰς χρῆσιν εἶναι τὸ πλῆθος τῶν γυναικῶν, ἀλλ' εἰς γέρας· ἐπεὶ οὐδὲ τὸν πολὺν οἶνον εἰς τὸ μεθύειν παρεσκευάσατο." [2]

IV. Hercules πολυγύναιος: Ὁ δὲ Ἡρακλῆς πλείστας δόξας ἐσχηκέναι γυναῖκας, ἦν γὰρ φιλογύνης, ἀνὰ μέρος αὐτὰς εἶχεν, f ὡς ἂν στρατευόμενος, καὶ κατὰ διάφορα γιγνόμενος χωρία· ἐξ ὧν καὶ τὸ τῶν τέκνων αὐτῷ πλῆθος ἐγένετο.

1 ἔῤῥωντο edd. 2 παρεσκευάζετο edd.

ve nimio Veneris usu, sive cruditatibus ex voracitate: quare merito vegeti validique sunt in senectute. Videtur igitur Spartanus, uxorem Helenam reveritus, propter quam etiam susceperat illam expeditionem, ab aliarum foeminarum congressu abstinuisse. Agamemnon vero ut pluribus utens mulieribus vituperatur a Thersite:

Multi tibi sunt aenei lecti, multaeque mulieres
in tentoriis sunt exquisitae, quas tibi nos Achivi
primo omnium damus.

At non est consentaneum, ait Aristoteles, illam mulierum multitudinem fuisse ei ad concubitus usum, sed honoris caussâ, & in praemium virtutis: nam & vini copiam non ad temulentiae usum sibi comparaverat. "

4. *Hercules* vero, qui plurimas perhibetur uxores habuisse, fuit ille sane mulierosus, sed diversis illas temporibus locisque habuit, ut vir militaris variis in locis belli caussa versatus: & ex illis magnum illum libero-

ἐν ἑπτὰ μέν τοι γε ἡμέραις πεντήκοντα διεπαρθένευσε Θεστίου κόρας, ὡς Ἡρόδωρος ἱστορεῖ. Πολυγύναιος δὲ ἐγένετο καὶ Αἰγεύς. πρώτην [1] μὲν γὰρ ἔγημε τὴν Ὁ- item Aegeus;
πλητος θυγατέρα, μεθ' ἣν τῶν Χαλκώδοντος [2] μίαν. παραδοὺς δ' ἀμφοτέρας φίλοις, συνῆν πολλαῖς χωρὶς γάμων. ἔπειτα τὴν Πιτθέως ἔλαβεν Αἴθραν, μεθ' ἣν &
a Μήδειαν. Θησεὺς δὲ Ἑλένην ἁρπάσας, ἑξῆς καὶ Ἀ- Theseus.
ριάδνην ἥρπασε. Ἴστρος γοῦν ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῶν Ἀττικῶν, καταλέγων τὰς τοῦ Θησέως γενομένας γυναῖκας, φησὶ τὰς μὲν αὐτῶν ἐξ ἔρωτος γεγενῆσθαι, τὰς δ' ἐξ ἁρπαγῆς, ἄλλας δ' ἐκ νομίμων γάμων· ἐξ ἁρπαγῆς μὲν Ἑλένην, Ἀριάδνην, Ἱππολύτην, καὶ τὰς Κερκύονος καὶ Σίνιδος θυγατέρας· νομίμως δ' αὐτὸν γῆμαι Μελίβοιαν, [3] τὴν Αἴαντος μητέρα. [4] Ἡσίοδος δέ φησιν καὶ Ἵππην, [5] καὶ Αἴγλην,

1 πρῶτον edd. 2 Χαλκώδοντος edd. 3 Aliis Περίβοια nominatur. 4 μητέρα γυναῖκα edd. 5 Aliis Ἰόπην.

rum numerum progenuit. Intra ſeptem quidem dies, ut tradit Herodorus, quinquaginta Theſtii filias virgines compreſſit. Multis etiam mulieribus uſus eſt *Aegeus*. Primum enim Hopletis filiam duxit uxorem; & poſt hanc, ex Chalcodontis filiabus unam: quas poſtquam permiſit amicis, cum multis aliis rem habuit, nullo matrimonii vinculo adſtrictus. Deinde Pitthei filiam uxorem duxit Aethram; & poſt hanc rurſus Medeam. *Theſeus* vero raptâ Helenâ, deinde etiam Ariadnen rapuit. Iſter quidem libro decimo quarto Rerum Atticarum uxores Theſei recenſens ait, alias earum ex amore uxores eius factas eſſe, alias raptu, alias vero legitimis nuptiis. Ex raptu quidem Helenam, Ariadnen, Hippolytam, & Cercyonis & Sinidis filias: legitimo vero matrimonio habuiſſe Meliboeam, [*ſive*, Periboeam] Aiantis matrem. Heſiodus vero ait etiam Hippen, [*ſive*, Iopen,] & Ae-

δι' ἣν καὶ τοὺς πρὸς Ἀριάδνην ὅρκους παρέβη, ὥς φησι Κέρκωψ. Φερεκύδης δὲ προστίθησι καὶ Φερέβοιαν. b
πρὸ δὲ τῆς Ἑλένης καὶ ἐκ Τροίας [1] ἥρπασεν Ἀναξώ· μετὰ δὲ τὴν Ἱππολύτην, Φαίδραν ἔσχεν.

V.

Philippus Macedo polygamus.

Φίλιππος δὲ, ὁ Μακεδὼν, οὐκ ἐπήγετο μὲν εἰς τοὺς πολέμους γυναῖκας, ὥσπερ Δαρεῖος ὁ ὑπ' Ἀλεξάνδρου καταλυθείς· ὃς περὶ τῶν ὅλων πολεμῶν τριακοσίας πεντήκοντα περιήγετο παλλακάς, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος ἐν τρίτῳ Περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου. „Ὁ δὲ Φίλιππος ἀεὶ κατὰ πόλεμον ἐγάμει. ἐν ἔτεσι γοῦν εἴκοσι καὶ δυσὶν, [2] οἷς ἐβασίλευσεν, ὥς φησι Σάτυρος ἐν τῷ Περὶ τοῦ Βίου αὐτοῦ, Αὐδάταν Ἰλλυρίδα c
γήμας, ἔσχεν ἐξ αὐτῆς θυγατέρα Κύνναν· ἔγημε δὲ καὶ Φίλαν, ἀδελφὴν Δέρδα καὶ Μαχάτα. οἰκειώσασθαι δὲ θέλων [3] καὶ τὸ τῶν Θετταλῶν ἔθνος, ἐπαι-

1 Rectius fuerit Τροιζηνίας. 2 εἴκοσι καὶ δύο ms. A. Duo postrema verba desunt editis. Forsan εἴκοσι δ'. aut κβ'. olim scriptum fuerat. 3 δ' ἐθέλων edd.

glen; propter quam etiam, ut Cercops tradit, iusiurandum violavit quo Ariadnae sese obstrinxerat. Pherecydes vero etiam Phereboeam adiicit. Ante Helenam vero ex Troia [*sive*, e Troezene] etiam Anaxonem rapuit. Post Hippolytam autem Phaedram habuit.

5. *Philippus Macedo* in bellicis quidem expeditionibus secum non circumduxit mulieres; quod Darius fecit, is qui ab Alexandro debellatus est: qui, quum de summa imperii bellum gereret, trecentas & quinquaginta pellices secum circumduxit, ut tradit Dicaearchus tertio libro De Vita Graeciae. »Philippus vero semper, quoties bellum gereret, uxorem duxit. Viginti duobus quidem annis quos regnavit, ut ait Satyrus in libro De eius Vita, primum Audatam duxit Illyriam, quae filiam ei peperit Cynnam: duxitque porro Philam, Derdae & Machatae sororem: tum, conciliaturus sibi Thessalorum

ἐπαιδοποιήσατο ἐκ δύο Θετταλίδων γυναικῶν· ὧν ἡ μὲν, ἦν Φεραία Νικησίπολις, ἥ τις αὐτῷ ἐγέννησε Θετταλονίκην· ἡ δὲ, Λαρισαία Φίλιννα, ἐξ ἧς Ἀριδαῖον ἐτέκνωσε. προσεκτήσατο δὲ καὶ τὴν Μολοττῶν βασιλείαν, γήμας Ὀλυμπιάδα, ἐξ ἧς ἔσχεν Ἀλέξανδρον καὶ
d Κλεοπάτραν. καὶ τὴν Θρᾴκην δὲ ὅτε εἷλεν, ἧκεν πρὸς αὐτὸν Κιθήλας [1] ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς, ἄγων Μήδαν τὴν θυγατέρα καὶ δῶρα πολλά. γήμας δὲ καὶ ταύτην, ἐπεισήγαγε τῇ Ὀλυμπιάδι. ἐπὶ πάσαις δὲ ἔγημε Κλεοπάτραν ἐρασθεὶς, τὴν Ἱπποστράτου μὲν ἀδελφὴν, Ἀττάλου δὲ ἀδελφιδῆν· καὶ ταύτην ἐπεισάγων τῇ Ὀλυμπιάδι, ἅπαντα τὸν βίον τὸν ἑαυτοῦ συνέχεεν. εὐθέως γὰρ ἐν αὐτοῖς τοῖς γάμοις, ὁ μὲν Ἄτταλος· „Νῦν μέντοι γνήσιοι, ἔφη, καὶ οὐ νόθοι βασιλεῖς γεννηθήσονται." καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἀκούσας, ἔβαλεν ἣ
e μετὰ χεῖρας εἶχεν κύλικι τὸν Ἄτταλον· ἔπειτα κἀκεῖ-

1 Κοθήλας Ms.

gentem, ex duabus Thessalicis mulieribus liberos procreavit; quarum altera Pheraea erat, nomine Nicesipolis, quae ei peperit Thessalonicam; altera Larissaea, Philinna, ex qua Aridaeum suscepit. Molossorum vero regnum dotem accepit cum Olympiadem duceret, e qua ei natus est Alexander & Cleopatra. Dein Thraciam postquam cepit, venit ad eum Cithelas, [*sive*, Cothelas] rex Thracum, Medam filiam ei adducens cum multis muneribus: quam & ipsam uxorem duxit secundum Olympiadem. Post istas omnes rursus Cleopatram duxit amore captus, Hippostrati sororem, Attali vero ex fratre neptem: quâ iuxta Olympiadem domum deductâ, omnem reliquam vitam suam turbavit. Statim enim in ipsis nuptiis Attalus dixit: *Nunc quidem legitimi reges, non nothi, nascentur:* quâ voce auditâ Alexander, quem in manibus habebat calicem, impegit Attalo, & hic rur-

νος αὐτὸν τῷ ποτηρίῳ. καὶ μετὰ ταῦτα Ὀλυμπιὰς μὲν εἰς Μολοττοὺς ἔφυγεν, Ἀλέξανδρος δ' εἰς Ἰλλυριούς. καὶ ἡ Κλεοπάτρα δὲ ἐγέννησε τῷ Φιλίππῳ θυγατέρα τὴν κληθεῖσαν Εὐρώπην." Φιλογύνης δ' ἦν καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητής. Ἱερώνυμος γοῦν ἐν Ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασι φησὶν οὕτως· „Εἰπόντος Σοφοκλεῖ τινος, ὅτι μισογύνης ἐστὶν Εὐριπίδης· Ἔν γε ταῖς τραγῳδίαις, ἔφη ὁ Σοφοκλῆς· ἐπεὶ ἔν γε τῇ κλίνῃ φιλογύνης."

Euripides, non μισογύνης nisi in tragoediis.

VI. Meretricum mores.

Αἱ δὲ γαμεταὶ ἡμῶν γυναῖκες οὐκ εἰσὶ τοιαῦται, οἵας [1] Εὔβουλός φησιν ἐν Στεφανοπώλισιν· f

Μὰ Δί', οὐχὶ περιπεπλασμέναι ψιμυθίοις, [2]
οὐδ' ὥσπερ ὑμεῖς συκαμίνῳ τὰς γνάθους
κεχριμέναι. [3] κᾂν ἐξίητε τοῦ θέρους,
ἀπὸ τῶν μὲν [4] ὀφθαλμῶν ὑδρορρόαι δύο
ῥέουσι μέλανος, ἐκ δὲ τῶν γνάθων ἱδρὼς

1 οἵας καὶ Εὐβ. edd. 2 ψιμμυθίοις edd. cum ms. *Ep.* & dein rurfus ψιμμυθίου. 3 κεχρισμέναι ms. *Ep.* 4 Deeft μὲν edd.

fus illi poculum, Et poft haec Olympias in Moloflorum terram profugit, Alexander vero ad Illyrios. Cleopatra autem Philippo filiam peperit, cui Europae nomen inditum. « Mulierofus vero fuit etiam *Euripides* poëta. Hieronymus certe, in Commentariis Hiftoricis, ita fcribit: » Cum Sophocli dixiffet aliquis, *mulierum oforem effe Euripidem*; refpondit Sophocles: *In tragoediis utique; at in lecto mulierofus.* «

6. Noftrae vero nuptae mulieres non funt tales, quales Eubulus ait in Corollivendulis:

Per Iovem non ceruffâ circum oblitae
nec mori fucco genis, ficut vos,
perunctae: quae fi per aeftatem forâs exitis,
ab oculis quidem veftris rivi duo
defluunt atramento, e genis vero fudor

ἐπὶ τὸν τράχηλον ἄλοκα μιλτώδη [1] ποιεῖ,
ἐπὶ τῷ προσώπῳ δ' αἱ τρίχες Φορούμεναι
a εἴξασι πολιαῖς, ἀνάπλεω ψιμυθίου.

Ἀναξίλας δὲ, ἐν Νεοττίδι, Φησίν·

Meretrix belluarum omnium exitiosissima.

Ὅστις ἀνθρώπων ἑταίραν ἠγάπησε πώποτε,
οὐ γένος τι ἂν, [2] δύναιτο [3] παρανομώτατον [4] Φράσαι.
Τίς γὰρ ἢ δράκαιν' ἄμικτος, ἢ χίμαιρα πυρπνόος,
ἢ χάρυβδις, ἢ τρίκρανος σκύλλα, ποντία κύων,
σφὶγξ, ὕδρα, λέαιν', ἔχιδνα, πτηνά θ' ἁρπυιῶν γένη,
εἰς ὑπερβολὴν ἀΦῖκται τοῦ καταπτύστου γένους;
b Οὐκ ἔνεσθ'· αὗται δ' ἁπάντων ὑπερέχουσι τῶν κακῶν.
Ἔστι δὲ σκοπεῖν ἀπ' ἀρχῆς πρῶτα μὲν τὴν Πλαγγόνα,

1 μιλθώδη ed. Cas. 2 οὐ γένος τίς ἂν edd. cum ms. A. οὐ γένος ἂν *Epit.* 3 Temere δύνατο ed. Bas. & Cas. 4 παρανομώτερον corrigunt viri docti.

in collo sulcum miniatum efficit;
capilli vero super facie volitantes
cani videntur esse, ita sunt cerussâ operti.

Anaxilas vero, in Neottide, ait:

Quisquis umquam quamquam amavit genere de meretricio,
dicet, nullum aeque scelestum posse reperiri genus.
Nam quae terribilis dracaena, quae Chimaera ignem vomens,
quae Charybdis, quae trivertex Scylla canis Neptunia,
vipera, excetra, Sphinx, leaena, volucre Harpyarum genus,
exsuperare nationem valeat exsecrabilem?
Non pote: illae, quod malorum est usquam, superant malitiâ.
Singulas consideremus ordine. Primum Plangonem:

ἥτις ὥσπερ ἡ χίμαιρα πυρπολεῖ τοὺς βαρβάρους.
εἷς μόνος δ'[1] ἱππεύς τις αὐτῆς τὸν βίον παρείλετο·
πάντα τὰ σκεύη γὰρ ἕλκων ᾤχετ' ἐκ τῆς οἰκίας.
Οἱ Σινώπῃ δ' αὖ συνόντες, οὐχ ὕδρᾳ σύνεισι[2] νῦν;
γραῦς μὲν αὕτη, παραπέφυκε δ' ἡ Γνάθαινα πλησίον
ὡς τὰ πολλά γ' εἰσὶ ταύτης.[3] ἔστι διπλάσιον κακόν.
Ἡ δὲ Νάννιον τί νῦν [δὴ][4] διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ; c
οὐ δύ' ἀποπνίξασ' ἑταίρους, τὸν τρίτον θηρεύεται
ἔτι λαβεῖν; ἀλλ' ἐξέπαισε[5] πορθμὶς ἐλατίνῳ πλάτῃ.
Ἡ δὲ Φρύνη τὴν Χάρυβδιν οὐχὶ πόῤῥω που ποιεῖ;
τόν τε ναύκληρον λαβοῦσα καταπέπωκ' αὐτῷ σκάφει.
Ἡ Θεανὼ δ' οὐχὶ Σειρήν ἐστιν ἀποτετιλμένη;

1 εἷς δὲ μόνος edd. 2 σύνεισιν edd. 3 Post πλησίον, & post εἰσὶ, comma ponit Grotius. κρᾶτα πόλλ' ἄνεισι ταύταις corr. Iacobs: *multa capita his surgunt.* Uterque dein ἔστι δὲ διπλάσιον κακόν legit. 4 δὴ ex coniect. adiecimus. ἡ δὲ Νανὼ τί νῦν edd. ἡ δὲ Νάννιον τί δεινῆς corrigit Iacobs. 5 ἐξέπεσε vulgo. ἐξέπεσέ γε Grot. ἐξέπαισ' ἡ πορθμὶς Iacobs.

more quae trucis Chimaerae vastat igne barbaros.
Unus tandem eques est repertus, ipsi qui vitam abstulit:
nam supellectile omni raptâ, se proripuit de domo.
At, quibus res cum Sinope est, nonne res est cum excetra?
Ipsa namque anus est: at illi iam Gnathaena adnascitur,
pleraque illam pulcram referens, pestis ut fiat duplex.
Nannium vero quid est quod, oro, a Scylla differat?
nonne, duobus strangulatis, iam venatur tertium?
sed remorum auxilio navis effugit periculum.
At Charybdin nonne Phryne longe post se postumat?
quae naviculatorem absorpsit totum cum navi sua?
At Theano Siren ipsa est, nisi quod glabro corpore:

βλέμμα καὶ φωνὴ γυναικὸς, τὰ σκέλη δὲ κοψίχου.

d Σφίγγα Θηβαίαν δὲ πάσας ἐστὶ τὰς πόρνας καλεῖν·
αἳ λαλοῦσ' [1] ἁπλῶς μὲν οὐδὲν, ἀλλ' ἐν αἰνιγμοῖς τισιν, [2]
ὡς ἐρῶσι, καὶ φιλοῦσι, καὶ σύνεισιν ἡδέως.
εἶτα, τετράπους μοι γένοιτο, φησὶ, σκίμπους, ἢ θρόνος· [3]
εἶτα δὴ, [4] τρίπους τις· εἶτά φησι, παιδίσκη δίπους.
Εἶθ' ὁ μὲν γνοὺς ταῦτ' ἀπῆλθεν εὐθὺς, ὥσπερ Οἰδίπους, [5]
e οὐδ' ἰδεῖν δόξας ἐκείνην, [6] σώζεται δ' ἄκων μόνος. [7]
Οἱ δ' ἐρᾶσθαι προσδοκῶντες [8] εὐθύς εἰσιν ἠρμένοι,
καὶ φέρονθ' ὑψοῦ πρὸς αἴθραν. συντεμόντι δ' οὐδὲ ἓν
ἔσθ' ἑταίρας, ὅσα περ ἐστὶ θηρί', ἐξωλέστερον. 31

1 λαβοῦσ' ed. Ven. & Baf. cum ms. A. λαβοῦσαι ms. Ep. 2 ἀλλ' αἰνίγμασίν τισιν edd. 3 Prorſus turbatus erat hic verſ. & ſeq. in edd. 4 εἶτα δὲ edd. 5 Abeſt vulgo Οἰδίπους, & iunguntur ὥσπερ γ' οὐδ' ἰδεῖν &c. 6 οὐδὲ ἓν δόξας ἐκείνη Grot. δεινὰ δόξας εἰς ἐκείνην Iac. 7 μόλις coni. Iac. 8 προσδοκοῦντες edd.

cui foeminea vox & os eſt, crura qualia merulae.
Sphinx Thebana, hoc nomen omnes in meretrices convenit:
quae nihil dicunt aperte, ſed perplexiloquis modis;
nempe, ſe diligere, amare, & una eſſe libentiſſime.
Tum, Quadrupes mihi detur! *aiunt; lectus aut ſedes, puta:*
adde bipedem; *haec eſt puella:* veniat poſtremo tripes.
Haec qui intelligit, recedit illico, tamquam Oedipus,
nil ſui dans: [potius: *quaſi illam non vidiſſet:*] *atque ita ſolus damni ſe immunem facit.*
At, qui ſe credunt amari, ſurſum tolluntur [*rapiuntur*] *ſtatim*
coeli ſublimes in auras. Breviter, quot ſunt belluae,
inter has eſt nulla, ſcorto quae ſit peſtilentior.

VII.

Uxorum importuna dominatio.

Τοιαῦτα πολλὰ τοῦ Λαρηνσίου λέγοντος, ὁ Λεωνίδης ψέγων τὸ τῆς γαμετῆς ὄνομα, τὰ ἐκ τῶν Μάντεων Ἀλέξιδος προηνέγκατο ταυτὶ τῶν ἐπῶν·

Ὦ δυστυχεῖς ἡμεῖς[1] [μὲν οἱ][2] πεπρακότες
τὴν τοῦ βίου παῤῥησίαν καὶ τὴν τρυφὴν,
γυναιξὶ δοῦλοι ζῶμεν ἀντ' ἐλευθέρων. f
Ἔπειτ' ἔχειν προῖκ', οὐχὶ τιμὴν πάσχομεν;[3]
πικράν γε, καὶ μεστὴν γυναικείας χολῆς.
ἡ τῶν γὰρ ἀνδρῶν ἐστι πρὸς κείνην μέλι·
οἱ μέν γε συγγνώμην ἔχουσ' ἀδικούμενοι.
αὗται δ' ἀδικοῦσαι, καὶ προσεγκαλοῦσ' ἔτι·
ὧν οὐκ ἐχρῆν ἄρχουσιν, ὧν δ' ἄρχειν ἐχρῆν
ἀμελοῦσιν· ἐπιορκοῦσιν· οὐδὲ ἓν κακὸν
ἔχουσι, καὶ κάμνειν λέγουσιν ἑκάστοτε.

Ξέναρχος δ', ἐν Ὕπνῳ, φησίν· a

1 ἡμῖν ed. Caf. 1. & 2. 2 Duo verba e coni. adiecta. 3 φάσκομεν corrigunt viri docti.

7. Talia quum multa dixiſſet Larenſius, Leonidas *uxoris* nomen vituperans, ex Alexidis Vatibus hos ipſos verſus recitavit:

O nos profecto vere miſeros coniuges!
qui emancipatâ libertate ac gaudiis,
ingenui nati, mulierum ſervi ſumus.
Et dotem habere dicimus: quae nil niſi
auctoramentum eſt plenum bile uxoriâ;
ad quam virilis illa nil niſi mel merum eſt.
Namque illi ignoſcunt cum ferunt iniuriam:
hae tum cum faciunt, ultro accuſant alterum.
Imperitant queis ius non eſt: queis ius eſt, eos [ea]
neglectim habent. Periurant: & quamvis bene
habitae, aliquam ſemper ſimulant aegritudinem.

Xenarchus vero, in Somno, ait:

Εἶτ' εἰσὶν οἱ τέττιγες οὐκ εὐδαίμονες;
ὧν ταῖς γυναιξὶν οὐδ' ὁτιοῦν φωνῆς ἔνι.

Φιλέταιρος, Κορινθιαστῇ·

Ὡς τακερὸν, ὦ Ζεῦ, καὶ μαλακὸν τὸ βλέμμ' ἔχει!
Οὐκ ἐτὸς Ἑταίρας ἱερόν ἐστι πανταχοῦ,
ἀλλ' οὐχὶ γαμετῆς οὐδαμοῦ τῆς Ἑλλάδος.

Ἄμφις δ' ἐν Ἀθάμαντι·

Εἶτ' οὐ γυναικός ἐστιν εὐνοϊκώτερον
γαμετῆς ἑταίρα; πολύ γε καὶ μάλ' εἰκότως.
b ἡ μὲν νόμῳ [1] γὰρ, καταφρονοῦσ', ἔνδον μένει·
ἡ δ' οἶδεν, ὅτι ἢ τοῖς τρόποις ὠνητέος
ἄνθρωπός ἐστιν, ἢ πρὸς ἄλλον ἀπιτέον.

Εὔβουλος δ' ἐν Χρυσίλλᾳ·

— Κακὸς
κακῶς ἀπόλοιθ' ὅστις γυναῖκα δευτέραν [2]
ἔγημε. τὸν γὰρ πρῶτον, οὐκ ἐρῶ κακῶς.

VIII. Merito plectitur qui iterum uxorem ducit.

1 Temere νόμον ed. Caſ. 2 δεύτερον edd. cum ms. A.

Felices nonne ſunt cicadarum mares?
uxores quorum nullum de ſe edunt ſonum.

Philetaerus, Corinthiaſte:

Quam blandos quamque molles obtutus habet!
Non fruſtra Amicae templum paſſim cernimus,
at templum uxoris nusquam in tota eſt Graecia.

Amphis vero, in Athamante:

Nonne autem uxore multo benevolentior
amica eſt? Certe: neque vero hercle iniuriâ.
Namque illa lege ferocit, & retinet domum:
haec autem novit, aut venuſtis moribus
hominem illigandum, aut alium quaerendum ſibi.

8. Eubulus vero, in Chryſilla:

Iterum qui uxorem duxit, diſpereat male.
Qui primam duxit, parcam ei maledicere:

ὁ μὲν γὰρ ἦν ἄπειρος, οἶμαι, τοῦ κακοῦ·
ὁ δ', οἷον ἦν γυνὴ κακὸν, πεπεισμένος.

καὶ προελθὼν φησίν·

Ὦ Ζεῦ πολυτίμητ', εἶτ' ἐγώ ποτε κακῶς
ἐρῶ γυναῖκας; νὴ Δί', ἀπολοίμην ἄρα, c
πάντων ἄριστον κτημάτων. Εἰ δ' ἐγένετο [1]
κακὴ γυνὴ Μήδεια, Πηνελόπεια δὲ
μέγα πρᾶγμ'. ἐρεῖ τις ὡς Κλυταιμνήστρα κακή;
Ἄλκηστιν ἀντέθηκα χρηστήν. ἀλλ' ἴσως
Φαίδραν ἐρεῖ κακῶς τις· ἀλλὰ, νὴ Δία,
χρηστή τις ἦν μέν τοι. . . τίς; . . . οἴμοι δείλαιος!
ταχέως γέ μ' αἱ χρησταὶ γυναῖκες ἐπέλιπον,
τῶν δ' αὖ πονηρῶν ἔτι λέγειν πολλὰς ἔχω.

Ἀριστοφῶν δ' ἐν Καλλωνίδῃ· [2]

Κακὸς κακῶς γένοιθ' ὁ γήμας δεύτερος [3] d
θνητῶν. ὁ μὲν γὰρ πρῶτος οὐδὲν ἠδίκει·

1 ἐγίνετο edd. 2 Καλωνίδῃ edd. 3 δεύτερον edd.

namque is inexpertus, eo cum veniâ erraverit:
at alter norat, esset quid mulier mali.

Tum aliquanto post ait idem:

Pol male discrucier, summe Divûm Iuppiter!
si umquam mulierum sexui maledixero;
quo nihil est usquam melius. Nam fuerit mala
Medea: quid tum? quanti nam contra pretî
Penelope! Meruit si Clytaemnestra probrum,
Alcestis laudem oppono. Forte aliquis mihi
Phaedram accusabit: sed fuit rursus bona . . .
fuit bona . . . aliqua mulier . . . Heu, miser haereo!
nam cito mulieres me destituerunt bonae;
complures enumerare cum possim malas.

Aristophon, in Callonide:

Malus male pereat, secundus qui mortalium
uxorem duxit: nam qui primus, nil peccavit.

οὔπω γὰρ εἰδὼς οὗτος οἷον ἦν κακὸν,
ἐλάμβανε γυναῖκ'. ὁ δ' ὕστερον λαβὼν,
εἰς προὖπτον εἰδὼς αὐτὸν [1] ἐνέβαλεν κακόν.

Καὶ Ἀντιφάνης, ἐν Φιλοπάτορι·

A. Γεγάμηκε δήπου. B. Σὺ τί λέγεις; ἀληθινῶς
γεγάμηκεν; ὃν ἐγὼ [2] ζῶντα περιπατοῦντά τε [3]
κατέλιπον. —

Μένανδρος δ' ἐν Ἀῤῥηφόρῳ ἢ Αὐλητρίδι·

e — A. Οὐ γαμεῖς, ἐάν γε νοῦν ἔχῃς,
τοῦτον καταλιπὼν τὸν βίον. γεγάμηκα γὰρ
αὐτὸς, διὰ τοῦτό σοι παραινῶ μὴ γαμεῖν.
B. Δεδογμένον τὸ πρᾶγμ'· ἀνεῤῥίφθω κύβος.
A. Πέραινε· σωθείης δὲ νῦν. ἀληθινὸν
εἰς πέλαγος αὐτὸν [4] ἐμβαλεῖς [5] γὰρ πραγμάτων,

1 αὐτὸν εἰδὼς edd. 2 γεγάμηκε; νῦν ἐγὼ edd. 3 Deest τε vulgo. 4 αὐτὸν ed. Ven. & Bas. 5 ἐμβάλλεις Ms. & ed. Bas. ἐμβαλλεῖς ed. Ven.

Nec dum enim ille noverat quantum esset malum,
uxorem habere. At qui post hunc duxit,
in notam pestem praeceps is proiecit se.

Et Antiphanes, in Philopatore:

A. *Uxorem duxit.* B. *Quid ais? vere*
uxorem ille duxit? quem ego modo vivum
reliqui & ambulantem? —

Menander in Arrhephoro (*id est*, Arcana-Minervae-sacra-gestante) sive Tibicinâ:

— A. *Uxorem non duces, mentem si habes,*
hac relictâ vitâ. Duxi ego ipse,
eoque tibi, ne ducas, suadeo.
B. *Decreta res est: iacta esto alea!*
A. *Perge igitur: iam vero ut sis salvus precor: in verissimum*
quippe molestiarum mare te ipsum coniicis;

οὐ Λιβυκὸν, οὐδ' Αἰγαῖον, [οὐδ' Αἰγύπτιον,] [1]
οὗ τῶν τριάκοντ' οὐκ ἀπόλλυται τρία
πλοιάρια· γήμας δ' οὐδὲ εἷς σέσωσθ' ὅλως.

ἐν δὲ Ἐμπιμπραμένῃ· [2]

— Ἐξώλης ἀπόλοιθ' ὅστις ποτὲ
ὁ πρῶτος ἦν γήμας, [3] ἔπειθ' ὁ δεύτερος,
εἶθ' ὁ τρίτος, εἶθ' ὁ τέταρτος, εἶθ' ὁ μεταγενής.

Καρκῖνος δ' ὁ τραγικὸς, ἐν Σεμέλῃ, (ἧς ἀρχὴ „Ὦ νύκτες") φησί·

Ὦ Ζεῦ, τί χρὴ γυναῖκας ἐξειπεῖν κακόν;
ἀρκοῦν ἂν εἴη, κἂν γυναῖκ' εἴπῃς μόνον.

IX.

Senex ne iuvenem ducat uxorem.

Οὐκ αἰσθάνονται δὲ οὐδ' οἱ παρ' ἡλικίαν νέας ἀγόμενοι γυναῖκας εἰς προῦπτον κακὸν αὑτοὺς ἐμβάλλοντες, καί τοι τοῦ Μεγαρικοῦ ποιητοῦ παραινέσαντος αὐτοῖς·

1 Duo verba desunt vulgo. οὐδ' Ἰώνιον suppleverat Scaliger. 2 Ἐμπιπραμένῃ edd. 3 ὁ γήμας vulgo.

non Libycum, non Aegaeum, [non Aegyptium,]
ubi de triginta tres vix pereunt navibus:
at de coniugio ne unus enavit quidem.

Et in Incensa:

— Pereat male qui uxorem ducere
instituit primus, tum secundus qui fuit,
tum tertius, tum quartus, tum qui posterus.

Carcinus vero tragicus poëta, in Semele, (cuius initium est, *O noctes!*) ait:

O Dî! quid opus est foeminis maledicere?
Satis vel hoc unum est, foeminam si dixeris.

9. Sed praesertim, qui aetate provecti uxores ducunt iuventute florentes, non cogitant hi, quam praecipites sese in calamitatem coniiciant, quamvis eos Megaricus poëta monuerit:

a Οὔ τοι σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι.[1]
οὐ γὰρ πηδαλίῳ πείθεται ὡς ἄκατος,
οὐδ' ἄγκυραι [2] ἔχουσιν· ἀποῤῥήξασα δὲ δεσμὰ
πολλάκις ἐκ νυκτῶν, ἄλλον ἔχει λιμένα.

Καὶ Θεόφιλος δὲ, ἐν Νεοπτολέμῳ, ἔφη·
Οὐ συμφέρον [3] νέα 'στὶ πρεσβύτῃ γυνή.
ὥσπερ γὰρ ἄκατος, οὐδὲ μικρὸν πείθεται
ἑνὶ πηδαλίῳ, τὸ πεῖσμ' ἀποῤῥήξασα δὲ
ἐκ νυκτὸς ἕτερον λιμέν' ἔχουσ' ἐξευρέθη.

b Οὐδένα δὲ ὑμῶν ἀγνοεῖν οἴομαι, ἄνδρες φίλοι, ὅτι καὶ οἱ μέγιστοι πόλεμοι διὰ γυναῖκας ἐγένοντο. ὁ Ἰλιακὸς δι' Ἑλένην· ὁ λοιμὸς διὰ Χρυσηίδα· Ἀχιλλέως μῆνις διὰ Βρισηίδα· καὶ ὁ ἱερὸς δὲ καλούμενος δι' ἑτέραν γαμετὴν, φησὶ Δοῦρις ἐν δευτέρᾳ Ἱστοριῶν, Θηβαίαν γένος, ὄνομα Θεανὼ, ἁρπασθεῖσαν ὑπὸ Φω-

X. Bella ob mulieres orta.

Bellum Sacrum.

1 γεραιῷ ms. *Ep.* 2 ἄγκυραν vulgo. 3 σύμφορον corrigit Valck.

(*Minime conducibilis est seni viro iuvenis uxor.*)
Nec enim, velut acatus, paret gubernaculo:
nec ancoras illam retinent: sed abrumpens vincula,
saepe noctu aliam stationem habet.

Similiter Theophilus in Neoptolemo ait:
Seni non bene respondet iuvenis foemina:
nam quasi navigium est quod gubernaculo unico
parere nescit: ruptis sed rudentibus
de nocte in alio portu deprehenditur.

10. Neminem autem vestrûm latere puto, amicî, maxima etiam *Bella propter mulieres* concitata esse: Iliacum quidem propter Helenam; pestem propter Chryseidem; Achillis iram propter Briseidem: sed & *Sacrum* quod dicitur *bellum* ob aliam mulierem viro iunctam, ut ait Duris secundo Historiarum libro, Thebanam genere, cui nomen Theano fuit, raptam a Phocensi quodam.

κέως τινός. δεκαετὴς δὲ καὶ οὗτος γενόμενος, τῷ δεκάτῳ ἔτει Φιλίππου συμμαχήσαντος πέρας ἔσχεν· τότε γὰρ εἷλον οἱ Θηβαῖοι τὴν Φωκίδα. καὶ ὁ Κρισαϊκὸς [1] δὲ πόλεμος ὀνομαζόμενος, ὥς φησι Καλλισθέ- c
νης ἐν τῷ Περὶ τοῦ [2] Ἱεροῦ πολέμου, ὅτι Κιῤῥαῖοι πρὸς Φωκεῖς ἐπολέμησαν, δεκαέτης ἦν· ἁρπασάντων Κιῤῥαίων τὴν Πελάγοντος τοῦ Φωκέως θυγατέρα Μεγιστὼ, καὶ τὰς Ἀργείων θυγατέρας, ἐπανιούσας ἐκ τοῦ Πυθικοῦ ἱεροῦ. δεκάτῳ δὲ ἔτει ἑάλω καὶ ἡ Κίῤῥα. Ἀνετράπησαν δὲ καὶ ὅλοι οἶκοι διὰ γυναῖκας. ὁ Φιλίππου, τοῦ Ἀλεξάνδρου πατρὸς, διὰ τὸν Κλεοπάτρας γάμον· ὁ Ἡρακλέους, διὰ τὴν Ἰόλης ἐπιγαμίαν, τῆς Εὐρύτου θυγατρός· ὁ Θησέως, διὰ τὴν Φαίδρας τῆς Μίνωος· ὁ Ἀθάμαντος, διὰ τὸν Θεμιστοῦς τῆς d
Ὑψέως· ὁ Ἰάσονος, διὰ τὸν Γλαύκης τῆς Κρέοντος· ὁ Ἀγαμέμνονος, διὰ Κασάνδραν. Καὶ ἡ ἐπ' Αἴγυπτον

Crissaeum bellum.

Totae domus ob mulieres eversae.

1 Κρισσαϊκὸς ms. *Ep.* 2 τοῦ abest edd.

Decennale autem cum fuisset id bellum, decimo tandem anno adiutore Philippo confectum est: tunc enim Phocidem Thebani ceperunt. Item *Crissaeum bellum* quod vocatur, quod Cirrhaei adversus Phocenses gesserunt, ut ait Callisthenes in libro De Bello Sacro, decennale fuit: inde ortum, quod Cirrhaei Pelagontis Phocensis filiam Megisto, & Argivorum filias, ex Pythico templo redeuntes, rapuissent. Decimo vero anno capta etiam Cirrha est. Sed & totae domus propter foeminas eversae sunt: Philippi, patris Alexandri, propter Cleopatrae nuptias: Herculis, ob Iolae matrimonium, Eurysi filiae, vivâ Deianirâ initum: Thesei, ob Phaedrae matrimonium, Minois filiae: Athamantis, ob Themistûs Hypsei filiae: Iasonis, ob Glauces Creontis: Agamemnonis, ob Casandram. Porro & *Cambysis* in Aegyptum

δὲ Καμβύσου στρατεία, ὥς φησι Κτησίας, διὰ γυ-
ναῖκα ἐγένετο. ὁ γὰρ Καμβύσης, πυνθανόμενος τὰς
Αἰγυπτίας γυναῖκας ἐν ταῖς συνουσίαις διαφέρειν τῶν
ἄλλων, ἔπεμψε πρὸς Ἄμασιν τὸν Αἰγυπτίων βασι-
λέα, μίαν αἰτῶν πρὸς γάμον τῶν θυγατέρων. ὁ δὲ
τῶν μὲν ἑαυτοῦ οὐκ ἔδωκεν, ὑπονοήσας μὴ γυναικὸς
e ἕξειν αὐτὴν τιμὴν, ἀλλὰ παλλακίδος· ἔπεμψε δὲ τὴν
Ἀπρίου θυγατέρα Νειτῆτιν. ὁ δὲ Ἀπρίας ἐκπεπτώκει
τῆς Αἰγυπτίων βασιλείας, διὰ τὴν γενομένην ἧτταν
πρὸς Κυρηναίους, καὶ ἀνήρητο [1] ὑπὸ Ἀμάσιδος. ἡσθεὶς
οὖν ὁ Καμβύσης τῇ Νειτήτιδι, καὶ σφόδρα ἐρεθισθεὶς,
ἐκμανθάνει παρ' αὐτῆς τὰ πάντα· καὶ δεηθείσης ἐκδι-
κῆσαι τοῦ Ἀπρίου τὸν φόνον, πείθει [2] πολεμῆσαι Αἰ-
γυπτίοις. Δίνων [3] δ' ἐν τοῖς Περσικοῖς, καὶ Λυγκέας
ὁ Ναυκρατίτης ἐν τρίτῃ Αἰγυπτιακῶν, τὴν Νειτῆτιν
f Κύρῳ πεμφθῆναί φασιν ὑπὸ Ἀμάσιδος· ἐξ ἧς γεννη-

Neitetis, Cambysis uxor.

1 ἀνήρητο edd. 2 πείθεται malles. 3 Δείνων ms. Ep.

expeditio, ut ait Ctesias, mulieris caussa suscepta est. Cambyses enim quum Aegyptiarum mulierum congressum quam caeterarum iucundiorem esse intellexisset, ad Amasin Aegypti regem legatos misit, qui ex ipsius filiabus unam in matrimonium sibi peterent. Ille vero suarum nullam misit, veritus ne non uxoris sed pellicis loco haberetur: sed Apriae filiam misit Neitetin. Aprias autem Aegypti regno exciderat, clade apud Cyrenaeos accepta, & occisus fuerat ab Amaside. Cambyses igitur valde delectatus Neitetide, blanditiisque illius illectus, omnia ex illa rescivit: & precibus illius, obtestantis ut caedem Apriae ulcisceretur, permotus est ad bellum Aegyptiis inferendum. Dinon vero in Persicis, & Lynceas Naucratita tertio libro Aegyptiacorum, Cyro missam esse ab Amaside Neitetin tradunt: ex qua natum esse

θῆναι τὸν Καμβύσην, ὃν ἐκδικοῦντα τῇ μητρὶ ἐπ' Αἴγυπτον ποιήσασθαι στρατείαν. Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος καὶ πρῶτον [1] γενέσθαι πόλεμόν φησι δύο γυναικῶν, Ὀλυμπιάδος καὶ Εὐρυδίκης· ἐν ᾧ τὴν μὲν βακχικώτερον μετὰ τυμπάνων προελθεῖν, τὴν δ' Εὐρυδίκην Μακεδονικῶς καθωπλισμένην, ἀσκηθεῖσαν [2] τὰ πολεμικὰ καὶ παρὰ Κυννάνῃ [3] τῇ Ἰλλυρίδι.

Duae mulieres arma sibi invicem inferunt.

XI.

Euripidis carmen in Amorem.

Ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις ἔδοξε τοῖς παροῦσι τῶν a
φιλοσόφων περὶ τοῦ ἔρωτος καὶ αὐτούς τι [4] εἰπεῖν, καὶ περὶ κάλλευς. καὶ ἐλέχθησαν λόγοι φιλόσοφοι πάμπολλοι· ἐν οἷς τινες καὶ ἐμνημόνευσαν τοῦ σκηνικοῦ φιλοσόφου Εὐριπίδου ᾀσμάτων, ὧν ἦν καὶ τάδε·

Παίδευμα δ' Ἔρως σοφίας, ἀρετῆς [5]
πλεῖστον ὑπάρχει, καὶ προσομιλεῖν

1 Ἠπειρωτικὴν coni. Casaub. 2 προησκημένην *Epit.* 3 Κυνάνῃ edd. 4 π. τ. ἔρωτος τι αὐτοὺς εἰπεῖν edd. 5 κ' ἀρετῆς corrigit Grotius.

Cambysen, qui, ut matrem ulcisceretur, expeditionem adversus Aegyptios suscepisset. Duris vero etiam Samius ait, *primum a mulieribus gestum bellum* fuisse illud Olympiadis & Eurydices; in quo Olympiadem, ait, Bacchantis magis in morem cum tympanis esse progressam, Eurydicen vero Macedonico more armatam, ut quae ad rem bellicam etiam exercitata fuisset apud Cynnanen Illyricam.

11. Post hos sermones, philosophis etiam, qui praesentes erant, visum est, nonnihil item *de Amore* & *de Pulcritudine* differere. Dictique sunt sermones philosophici bene multi; in quibus a nonnullis mentio quoque facta est carminum scenici philosophi Euripidis, & in his illius, cuius haec sunt verba:

Amor, sapientiae alumnus, virtutis
maxime auctor est; & ad consuetudinem

οὗτος ὁ δαίμων
πάντων ἥδιστος ἔφυ θνητοῖς.
καὶ γὰρ ἄλυπον τέρψιν τιν' ἔχων,
εἰς ἐλπίδ' ἄγει.
Τοῖς δ' ἀτελέστοις τῶν τοῦδε πόνων
b μήτε συνείην, χωρίς τ' ἀγρίων
ναίοιμι τρόπων.
Τὸ δ' ἐρᾷν προλέγω τοῖσι νέοισιν
μήποτε φεύγειν·
χρῆσθαι δ' ὀρθῶς, ὅταν ἔλθῃ.

Καὶ κατὰ τὸν Πίνδαρον δὲ ἄλλος τις ἔφη·

Εἴη καὶ ἐρᾷν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι
κατὰ καιρόν. —

Ἕτερος δέ τις προσέθηκε τῶν Εὐριπίδου τάδε·

Σὺ δ', ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων, [1] Ἔρως,
ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλά, [2]

1 Alibi, Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρ. 2 Desunt editis duo verba.

hicce ex Diis
omnium suavissimus est mortalibus.
Delectationem enim habens tristitiae expertem,
ad spem erigit.
Non initiatis autem huius laboribus
non sim unà, longeque ab agrestibus
habitem moribus.
Amorem autem, hortor iuvenes,
numquam ut fugiant;
sed recte utantur, quum venerit.

Et, iuxta Pindarum, alius dixit:

Sit & amare & amori indulgere
in tempore. —

Rursus alius adiecit Euripidis haecce:

Tu vero, o rex Deûm hominumque, Amor!
aut non doce pulcra videri pulcra,

ἢ τοῖς ἐρῶσιν, ὧν σὺ δημιουργὸς εἶ,
μοχθοῦσι μόχθους εὐτυχῶς συνεκπόνει. c
Καὶ ταῦτα μὲν δρῶν, τίμιος θεοῖς [1] ἔσῃ· §
μὴ δρῶν δ', ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διδάσκεσθαι [2] φιλεῖν
ἀφαιρεθήσῃ χάριτας, αἷς τιμῶσί σε.

XII. Amor deus, praeses Amicitiae & Libertatis.

Ποντιανὸς δὲ, Ζήνωνα, ἔφη, τὸν Κιτιέα ὑπολαμβάνειν τὸν Ἔρωτα θεὸν εἶναι, φιλίας, καὶ ἐλευθερίας, ἔτι δὲ καὶ ὁμονοίας παρασκευαστικὸν, ἄλλου δ' οὐδενός. διὸ καὶ ἐν τῇ Πολιτείᾳ ἔφη, „τὸν Ἔρωτα θεὸν εἶναι, συνεργὸν ὑπάρχοντα πρὸς τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν." Ἔτι δὲ [3] καὶ οἱ τούτου πρεσβύτεροι κατὰ d φιλοσοφίαν σεμνόν τινα τὸν Ἔρωτα καὶ παντὸς αἰσχροῦ κεχωρισμένον ᾔδεσαν. δῆλον ἐκ τοῦ κατὰ [4] γυμνάσια αὐτὸν συνιδρῦσθαι Ἑρμῇ καὶ Ἡρακλεῖ, τῷ μὲν λόγου, τῷ δὲ ἀλκῆς προεστῶτι· ὧν ἑνωθέντων φιλία

1 νέοις legebam cum Musgrav. 2 διδίσκεσθαι corr. Musgrav. 3 Ὅτι δὲ videtur legendum. 4 κατὰ τὰ γυμν. corr. Coray.

aut amantibus labores laborantibus,
quorum tu auctor es, succurre.
Et hoc quidem si feceris, honoratus eris iuvenibus:
sin minus, hoc ipso quod amare (a te) docti fuerint,
amittes gratias, quibus te honorant.

12. Tum Pontianus, Zenonem Citieum, aiebat, existimare Amorem Deum esse, Amicitiae & Libertatis & Concordiae auctorem, neque ei aliud esse negotium. Quare etiam in Republica scripsit, *esse Amorem Deum, adiutorem ad salutem civitatis.* Sed & qui hunc antecesserunt philosophi venerabilem quemdam Amorem (*sive*, Cupidinem) agnoverant, & ab omni turpitudine alienum. Adparet id quidem ex eo quod in gymnasiis hic Deus unà cum Mercurio & Hercule dedicatus est, quorum ille sermonis & facundiae, hic fortitudinis praeses habetur: quibus inter se iunctis amicitia generatur & con-

τε καὶ ὁμόνοια γεννᾶται,[1] δι' ὧν ἡ καλλίστη ἐλευθερία τοῖς ταῦτα μετιοῦσιν συναύξεται.[2] Ἀθηναῖοι δὲ τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ[3] συνουσίας τινὸς διαλαβεῖν προ-
e ιστάναι τὸν Ἔρωτα, ὥστε, τῆς Ἀκαδημίας ἐκδήλως τῇ Ἀθηνᾷ καθιερωμένης, αὐτόθι τὸν Ἔρωτα ἱδρυσάμενοι συνθύουσιν αὐτῷ. Θεσπιεῖς τε[4] τὰ Ἐρωτίδια τιμῶσιν, καθάπερ Ἀθήναια[5] Ἀθηναῖοι, καὶ Ὀλύμπια Ἠλεῖοι, Ῥόδιοί τε τὰ Ἄλεια.[6] καὶ ἐν ταῖς δημοτελέσι δὲ σπονδαῖς ὡς ἐπίπαν ὁ Ἔρως τιμᾶται. Λακεδαιμόνιοι δὲ πρὸ τῶν παρατάξεων Ἔρωτι προθύονται, ὡς ἐν τῇ τῶν παραταττομένων φιλίᾳ κειμένης τῆς σωτηρίας τε καὶ νίκης. καὶ Κρῆτες δ' ἐν ταῖς παρατάξεσι τοὺς καλλί-
f στους τῶν πολιτῶν κοσμήσαντες, διὰ τούτων θύουσι τῷ Ἔρωτι, ὡς Σωσικράτης ἱστορεῖ. ὁ δὲ παρὰ Θηβαίοις Ἱερὸς λόχος καλούμενος συνέστηκεν ἐξ ἐραστῶν

Thespiensium Erotidia.

Sacra cohors Thebanorum.

1 γεννῶνται edd. 2 αὔξεται edd. 3 ἀπέχοντο συνουσ. edd. 4 Θεσπιεῖς τε edd. 5 καθὰ Παναθήναια iidem. 6 Ἅλια iidem.

cordia, per quas honestissima libertas iis, qui haec sequuntur, paratur firmaturque. Athenienses vero tantum abfuerunt ut congressui venereo praeesse Cupidinem existimarent, ut, quum Academia manifeste Minervae consecrata sit, Cupidinem ibidem simul collocaverint, eique simul cum illâ sacra faciant. Et Thespienses Erotidia (*id est*, Amoris sive Cupidinis festos dies) celebrant, sicuti Minervalia Athenienses, & Olympia Elei, & Rhodii Haliea. Quin & in publicis populi sacrificiis plerumque Amor honoratur. Lacedaemonii vero, priusquam praelia ineunt, Amori sacra faciunt, in eorum qui unà in acie stant amicitiâ salutem victoriamque positam existimantes. Et Cretenses, cum aciem instruunt, formosissimos civium exornant, & per hos Amori sacrificant, ut Sosicrates tradit. Apud Thebanos *sacra cohors*, quae vocabatur, ex amatoribus & amasiis

καὶ ἐρωμένων, τὴν τοῦ θεοῦ σεμνότητα ἐμφαίνων, ἀσπαζομένων θάνατον ἔνδοξον ἀντ' αἰσχροῦ καὶ ἐπονειδίστου βίου. Σάμιοι δέ, ὥς φησιν Ἐρξίας ἐν Κολοφωνιακοῖς, γυμνάσιον ἀναθέντες τῷ Ἔρωτι, τὴν διὰ a τοῦτον [1] ἀγομένην ἑορτὴν Ἐλευθέρια προσηγόρευσαν· δι' ὃν θεὸν καὶ Ἀθηναῖοι ἐλευθερίας ἔτυχον. καὶ οἱ Πεισιστρατίδαι ἐκπεσόντες ἐπεχείρησαν διαβάλλειν πρῶτοι [2] τὰς περὶ τὸν θεὸν τοῦτον πράξεις.

Eleutheria Samiorum.

XIII. Τούτων λεχθέντων, ὁ Πλούταρχος ἀπεμνημόνευσε τῶν ἐκ Φαίδρου Ἀλέξιδος·

Amor, ex contrariis compositus.

Πορευομένῳ δ' ἐκ Πειραιῶς, ὑπὸ τῶν κακῶν
καὶ τῆς ἀπορίας φιλοσοφεῖν ἐπῆλθέ μοι.
καί μοι δοκοῦσιν ἀγνοεῖν οἱ ζωγράφοι b
τὸν Ἔρωτα· συντομώτατον [3] δ' εἰπεῖν, [4] ὅσοι
τοῦ δαίμονος τούτου ποιοῦσιν εἰκόνας.

1 διὰ τούτων vulgo. 2 πρῶτον edd. 3 συντομώτερον *Epit.* 4 γ' εἰπεῖν edd.

composita, maiestatem Dei huius declarabat, quum gloriosam mortem turpi & probrosae vitae anteferrent. Samii vero, ut Erxias tradit in Colophoniacis, cum gymnasium haberent Amori dedicatum, festos dies qui in huius Dei honorem agebantur *Eleutheria* nominabant. Propter eumdem Athenienses etiam libertatem nacti sunt: & Pisistratidae, cum excidissent imperio, primi ausi sunt res gestas huius Dei calumniari.

13. His dictis, Plutarchus ex Alexidis Phaedro hos versus recitavit:

E Piraeo dum redeo perplexus malis,
in philosophandi incidi lubidinem.
Visique mihi sunt ignorare Cupidinem,
quid sit, pictores omnes, & si qui alteri
Amoris audent ostentare imagines.

Ἔστιν γὰρ οὔτε θῆλυς, οὔτ᾽ ἄρσην· πάλιν
οὔτε θεὸς, οὔτ᾽ ἄνθρωπος· οὔτ᾽ ἀβέλτερος,
οὔτ᾽ αὖθις ἔμφρων· ἀλλὰ συνενηγμένος [1]
πανταχόθεν, ἑνὶ τύπῳ [τε] [2] πολλ᾽ εἴδη φέρων.
Ἡ τόλμα μὲν γὰρ, ἀνδρός· ἡ δὲ δειλία,
γυναικός· ἡ δ᾽ ἄνοια, [3] μανίας· ὁ δὲ λόγος,
φρονοῦντος· ἡ σφοδρότης δὲ, θηρός· ὁ δὲ πόνος,
c ἀδάμαντος· ἡ φιλοτιμία δὲ, δαίμονος.
καὶ ταῦτ᾽ ἐγὼ, μὰ τὴν Ἀθηνᾶν καὶ θεοὺς,
οὐκ οἶδ᾽ ὅ τι ἐστίν· [4] ἀλλ᾽ ὅμως ἔχει γέ τι
τοιοῦτον ἔγγιστ᾽, εἴ γε μὴ [5] τοῦ ὀνόματος.

Εὔβουλος δὲ, ἢ Ἀραρὼς, ἐν Καμπυλίωνι·

Immerito alatus fingitur Amor.

Τίς ἦν ὁ γράψας πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα
ἢ κηροπλαστήσας ἔρωθ᾽ ὑπόπτερον;
ὡς οὐδὲν ᾔδει πλὴν χελιδόνας γράφειν,

1 συνεννηγμένος edd. cum ms. A. συννενεγμένος ms. Ep. συμπεπηγμένος Grot. 2 ἐν ἑνὶ τύπῳ edd. & car. τε. ἑνὶ τύπῳ absque τε mssti. ἑνὶ τύπῳ δὲ Grot. 3 ἡ ἄνοια edd. 4 ὅτ᾽ ἐστὶν edd. 5 ἔγγιστ᾽ εἰ μὴ edd. ἐγγυστ᾽ εἰ μὴ ms. A.

Nam mas profecto non est; sed nec foemina:
neque vero Deus est, nec homo: non intelligens
rerum, non vecors: sed compactus undique,
species multimodas uno sub vultu gerens.
Audacia in illo, si recte advertas, viri est;
pavor mulieris: insania limphatici;
prudentis ratio: tum ferae violentia;
duritia adamantis; ac Dei contentio.
Atque ego qui haec dixi, tamen, ita me Dî iuvent,
ignoro quid sit: verum est in quo convenit
cum rebus istis, sed nomine disconvenit.

Eubulus vero, sive Araros, in Campylione ait:

Quis ille primus, quis fuit mortalium,
qui Amorem pinxit, finxit aut primum, alitem?
Quam pingere ille norat nil nisi hirundines!

ἀλλ' ἦν ἄπειρος τῶν τρόπων τῶν τοῦ θεοῦ.
Ἔστιν γὰρ οὔτε κοῦφος, οὔτε ῥάδιος 5 d
ἀπαλλαγῆναι τῷ φέροντι τὴν νόσον·
βαρὺς δὲ κομιδῇ. πῶς ἂν οὖν ἔχοι πτερὰ
τοιοῦτο πρᾶγμα; λῆρος, εἰ [1] φήσειέ τις.

Ἄλεξις δ' ἐν Ἀποκοπτομένῳ· [2]

— Λέγεται γὰρ λόγος
ὑπὸ τῶν σοφιστῶν, μὴ πέτεσθαι τὸν θεὸν
τὸν Ἔρωτα, τοὺς δ' ἐρῶντας· αἰτίαν δ' ἔχειν
ἐκεῖνον ἄλλως· ἠγνοηκότας δὲ τοὺς
γραφεῖς ἔχοντα πτέρυγας αὐτὸν ζωγραφεῖν. e

XIV. Variae poëtarum eclogae de Amore & Amantibus.

Θεόφραστος δ', ἐν τῷ Ἐρωτικῷ, Χαιρήμονα, φησὶ, τὸν τραγικὸν λέγειν· „ὡς τὸν οἶνον τῶν χρωμένων κεράννυσθαι [τρόποις,] [3] οὕτως καὶ τὸν Ἔρωτα· ὃς μετριάζων μέν ἐστιν εὔχαρις, ἐπιτεινόμενος δὲ καὶ διαταράττων [4] χαλεπώτατος.“ [5] διόπερ ὁ ποιητὴς οὐ-

1 λῆρος ἦν κἂν edd. λῆρος εἰ κἂν Ms. λῆρος ἂν Grot. 2 Alibi Ἀποκοπτομένη habet Ms. 3 Abest vox vulgo. 4 διαταραττόμενος ms. *Ep.* 5 Forf. καὶ χαλεπώτ.

morum imperitus unice Cupidinis.
Neque enim ille levis aut facilis excuſſu Deus,
cum ſemel in corde inſevit aegritudinem,
ſed gravis inprimis. Quomodo ergo aptus foret
pennis? hoc quisquis dixit, nugas dixerit.

Alexis, in Abſciſſo: (*ſive*, in Plangente:)

— Fertur haec ſententia
inter ſapientes, non volare Cupidinem,
ſed eos qui amant: illum onerari crimine
alieno, perque pictorum ignorantiam
adſtare paſſim cum pennigero corpore.

14. Theophraſtus in Erotico ait, dixiſſe Chaeremonem Tragicum, *ut vinum ſe attemperat moribus bibentium, ſic & amorem: qui ubi modicus eſt, plenus eſt gratiae; ubi vero intenſior, perturbat & eſt graviſſimus.* Quare non ma-

τος οὐ κακῶς αὐτοῦ τὰς δυνάμεις διαιρῶν, φησί· „Δίδυμα γὰρ τόξα αὐτὸν ἐντείνεσθαι [1] χαρίτων, τὸ μὲν ἐπ᾽ εὐαίωνι τύχᾳ, τὸ δ᾽ ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς.“
f Ὁ δ᾽ αὐτὸς οὗτος ποιητὴς καὶ περὶ τῶν ἐρώντων ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τραυματίᾳ φησὶν οὕτως·

Τίς οὐχὶ φήσει τοὺς ἐρῶντας ζῆν μόνους;
οὓς δεῖ γε [2] πρῶτον μὲν στρατευτικωτάτους
εἶναι, πονεῖν τε δυναμένους τοῖς σώμασι
μάλιστα, προσεδρεύειν τ᾽ ἀρίστους τῷ πόθῳ,
ποιητικούς, ἰταμούς, προθύμους, εὐπόρους,
ἐν τοῖς ἀπόροις βλέποντας, ἀθλιωτάτους. [3]

a Θεόφιλος δ᾽, ἐν τῷ Φιλαύλῳ·

Τίς [4] φησὶ τοὺς ἐρῶντας οὐχὶ νοῦν ἔχειν;
ἢ πού τις ἐστὶ τοὺς τρόπους ἀβέλτερος.
Εἰ γὰρ ἀφέλοι τις τοῦ βίου τὰς ἡδονάς,
καταλείπετ᾽ οὐδὲν ἄλλο πλὴν τεθνηκέναι.

1 ἐκτείνεσθαι edd. 2 ἔδει γε πρῶτον Ms. ἔδει πρῶτον ed. Ven. & Bas. οὓς δεῖ τὸ πρ. ed. Cas. 3 βλέπειν ἀθρυπτικωτάτους Grot. 4 Ὅς φησι edd. Εἴ τις vel Εἰ φησὶ Stob.

le distinguens hic poëta vires illius, ait: *geminos arcus eum intendere gratiarum, alterum ad felicem vitam, alterum ad vitae confusionem.* Idem vero poëta etiam de amantibus, in fabulâ quae Saucius inscribitur, sic ait:

Quis non amantes solos credat vivere?
quos bellatores esse oportet maximos,
contra labores corpore invictissimo,
ad res cupitas incumbentes sedulo,
audaces, irrequietos, promtos, opiparos,
in rebus arctis ad videndum acerrimos.

Theophilus vero in Philaulo: (*i. e.* Tibiarum Studioso:)

Quicunque mentem negat adesse amantibus,
ipse est ingenio stolido & bardis moribus.
Nam qui voluptates de vita exemerit,
in vita praeter mortem nil reliquerit.

Ἐγὼ μὲν οὖν καὐτὸς, κιθαριστρίας ἐρῶν,[1]
παιδὸς κόρης, οὐ νοῦν ἔχω πρὸς τῶν θεῶν;
κάλλει καλῆς, μεγέθει μεγάλης, τέχνῃ σοφῆς·
ἣν ἥδιον ἰδεῖν[2] ἐστιν, ἢ τὸ θεωρικὸν[3]
ἔχουσιν[4] ὑμῖν[5] διανέμειν[6] ἑκάστοτε. b

Ἀριστοφῶν δ', ἐν Πυθαγοριστῇ·

Εἶτ' οὐ δικαίως ἐστ' ἀπεψηφισμένος
ὑπὸ τῶν θεῶν τῶν δώδεκ' εἰκότως Ἔρως;
Ἐτάραττε κἀκείνους γὰρ, ἐμβάλλων στάσεις,
ὅτ' ἦν μετ' αὐτῶν. ὡς δὲ λίαν ἦν θρασὺς
καὶ σοβαρὸς, ἀποκόψαντες αὐτοῦ τὰ πτερὰ,
ἵνα μὴ πέτηται πρὸς τὸν οὐρανὸν πάλιν,
δεῦρ' αὐτὸν ἐφυγάδευσαν ὡς ἡμᾶς κάτω,
τὰς δὲ πτέρυγας ἃς εἶχε, τῇ Νίκῃ φορεῖν
ἔδοσαν, περιφανὲς σκῦλον ἀπὸ τῶν πολεμίων. c

1 ἐρῶ vulgo. 2 ἣν ἰδεῖν ἥδιον ed. Ven. & Baſ. cum Ms. 3 θεωρητικὸν Ms. 4 αἰτοῦσιν corr. Dalec. & Caſaub. 5 ἡμῖν vulgo. 6 Forſ. διανεμηθὲν ἑκαστ.

De me argumentum capio, qui nunc virginem
amo ſidicinam, (num deſipio, per Deos?)
pulcram, proceram, in arte excellentiſſimam:
quam mihi conſpicere ſuavius, quam eſt omnibus
vobis in lucar dividere pecuniam.

Ariſtophon, in Pythagoriſta:

At nonne iure & merito de ſententia
Conſentium Deorum damnatu' ſt [coelo excluſus eſt]
Amor?
Nam ſeditiones atque turbelas dabat
vitam illic agitans. Ergo, cum eſſet arrogans,
confidens, alas puero praecidi iubent,
nempe ad coeleſtes ne unquam revolaret domos:
& ſic eum ad nos demiſerunt exſulem.
Alas quas habuit, dederunt has Victoriae
ferendas, ſpolium ex hoſte ſuperato inclytum.

Περὶ δὲ τοῦ ἐρᾷν Ἄμφις, ἐν Διθυράμβῳ, φησίν·

Τί φῄς; σὺ ταυτὶ προσδοκᾷς πείσειν ἐμὲ,
ὡς ἔστ' ἐραστὴς, ὅστις ὡραίων φίλων [1]
τρόπων ἐραστής ἐστι, τὴν ὄψιν παρεὶς,
ἄφρων τ' ἀληθῶς; [2] Οὔτε τοῦτο πείθομαι,
οὔθ' ὡς πένης ἄνθρωπος, ἐνοχλῶν πολλάκις
τοῖς εὐποροῦσιν, οὐ λαβεῖν τι βούλεται.

Ἄλεξις, Ἑλένῃ·

d Ὡς ὅστις αὖθις τῆς [3] ἀκμῆς τῶν σωμάτων
ἐρᾷ, τὸν ἄλλον δ' [4] οὐδὲ γινώσκει λόγον·
τῆς ἡδονῆς ἔστ', οὐχὶ τῶν φίλων, φίλος,
ἀδικεῖ τε τὸν Ἔρωτ' ἐμφανῶς θνητὸς θεὸν,
ἄπιστον αὐτὸν πᾶσι τοῖς ἄλλοις ποιῶν.

XV. Stoicis exprobratur amor puerorum.

Τούτων τῶν Ἀλέξιδος ἀπομνημονεύσας ὁ Μυρτίλος, κᾆτα ἀποβλέψας εἰς τοὺς τὰ τῆς Στοᾶς αἱρουμένους, τὰ Ἑρμείου τοῦ Κουριέως ἐκ τῶν Ἰάμβων προειπών·

1 φίλου edd. 2 ἄφρων ἀληθῶς Grot. 3 Desunt duae voces editis, qui dein habent τῶν γε σωμάτων. 4 Deest vulgo δ' particula.

De amantibus Amphis, in Dithyrambo, ait:

Ain' tu? & speras id persuasurum mihi,
amantem esse aliquem, qui adolescentis diligens
mores honestos, faciem non consideret?
Amens profecto. Neque ego aut istud creduim,
aut pauperem ullum, qui saepe aditet divitem,
non aliquid inde velle impetratum sibi.

Alexis, in Helenâ:

Quicumque amator tantum florem corporum
amat, & amoris alias caussas non habet;
voluptatis amicus, non amicorum cluit,
iniuriusque Amori est mortalis Deo,
apud alios quem immerito suspectum facit.

15. Ista Alexidis postquam recitasset Myrtilus, deinde oculis in Stoicae disciplinae sectatores conversis, haec praefatus ex Hermeae Curiensis Iambis:

Ἀκούσατ᾽, ὦ Στοάκες,[1] ἔμποροι λήρου,
λόγων ὑποκριτῆρες· οἳ μόνοι πάντα e
τὰ ᾽ν τοῖς πίναξι, πρὶν ἢ τῷ σοφῷ δοῦναι,
αὐτοὶ καταῤῥοφεῖτε· κᾆθ᾽ ἁλίσκεσθε
ἐναντία πράσσοντες οἷς τραγῳδεῖτε,
παιδοπῖπαι[2] ὄντες· —

καὶ τοῦτο μόνον[3] ἐζηλωκότες τὸν ἀρχηγὸν ὑμῶν τῆς σοφίας Ζήνωνα τὸν Φοίνικα, ὃς οὐδέποτε γυναικὶ ἐχρήσατο, παιδικοῖς δ᾽ ἀεί· ὡς Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἱστορεῖ ἐν τῷ Περὶ τοῦ Βίου αὐτοῦ. Θρυλλεῖτε γὰρ, ὅτι „δεῖ μὴ τῶν σωμάτων, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς ἐρᾶν·" οἵτινες μέχρι ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἐτῶν δεῖν λέγοντες συνέχειν f τοὺς ἐρωμένους. Καί μοι δοκεῖ Ἀρίστων ὁ Κῖος,[4] ὁ Περιπατητικὸς, οὐ κακῶς εἰρηκέναι, ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ τῶν Ἐρωτικῶν Ὁμοίων, πρός τινα Ἀττικὸν, μέγαν τινὰ κατὰ τὴν ἡλικίαν, ἐπιδεικνύντα ὡς καλὸν, ὦ Δω-

1 Στώακες ms. *Ep.* 2 Forſ. καὶ παιδοπῖπαι ὄντες. 3 Forſ. καὶ τοῦτο μόνον, ἔφη, ἐζηλ. 4 ὁ Κεῖος edd. & ms. *Ep.* in cont.

Audite, o Stoiculi, nugarum mercatores,
verborum ſimulatores: qui ſoli omnia,
quae in lancibus adponuntur, nullâ Sapienti datâ parte,
ipſi abliguritis; & deprehendimini
contraria his facere quae pompoſe profitemini,
puerorum cupidi ſpeculatores:

& hoc uno, inquit, aemulantes ducis veſtri ſapientiam Zenonis Phoenicis, qui muliere numquam eſt uſus, ſed delicatis pueris conſtanter; ut tradit Antigonus Caryſtius in libro De illius Vita. Semper enim in ore geritis, *Oportere non corpora amare, ſed animum*: vos qui usque ad viceſimum octavum annum tenendos dicitis amaſios. Ac videtur mihi Ariſto Ceus Peripateticus, ſecundo libro De Eroticis Similibus, in Athenienſem quemdam grandi aetate ac ſtatura, cui *Dorus* nomen erat, qui for-

ρος ἦν ὄνομα· „Τὴν πρὸς Δόλωνά μοι, φησὶ, δοκῶ παρ' Ὀδυσσέως ἀπάντησιν ἐπί σε μεταφέρειν·

Ἦ ῥά νυ τοι μεγάλων δώρων ἐπεμαίετο θυμός.“

a Ἡγήσανδρος δ', ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι, τῶν ἡδυσμάτων φησὶν ἐρᾶν πάντας, οὐ τῶν κρεῶν, οὐδὲ τῶν ἰχθύων· ἀπογενομένων γοῦν τούτων, οὐδεὶς ἡδέως ἔτι προσφέρεται τὸ κρέας, οὐδὲ τὸν ἰχθῦν, οὐδὲ ἐπιθυμεῖ τῶν ὠμῶν καὶ τῶν ἀνηδύντων. Καὶ γὰρ τὸ παλαιὸν παίδων ἤρων, ὡς καὶ Ἀριστοφῶν ἔφη, ὅθεν καὶ καλεῖσθαι τοὺς ἐρωμένους συνέβη παιδικά. πρὸς ἀλήθειαν γὰρ, καθάπερ φησὶ Κλέαρχος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἐρωτικῶν, Λυκοφρονίδην εἰρηκέναι φησίν·

XVI. Amoris illecebrae, pudor maxime.

b Οὔτε παιδὸς ἄρρενος, οὔτε παρθένων
τῶν χρυσοφόρων, οὐδὲ γυναικῶν βαθυκόλπων
καλὸν τὸ πρόσωπον, ἀλλὰ κόσμιον πεφύκει.
Ἡ γὰρ αἰδὼς ἄνθος ἐπισπείρει.

mosum se ostentabat, haud illepide dixisse: »Videor mihi id quod Doloni olim Ulysses respondit in te transferre posse:

Magnorum profecto cupidus est donorum (δώρων) *animus*. «

16. Hegesander vero in Commentariis ait: »Condimenta amare omnes, non item (nudam per se) carnem aut pisces. Itaque ubi illa desunt, nemo libenter carne aut pisce vescitur, neque nuda cruda absque condimentis expetit.« Nam & antiquitus pueros amabant, ut etiam Aristophon ait; unde etiam παιδικὰ (i. e. *delicati pueri*) a Graecis vocantur amasii. Vere autem, quemadmodum Clearchus ait primo libro Eroticorum, dixit Lycophronides:

Nec adolescentuli, nec virginum
aurum-gestantium, nec mulierum amplos-sinus-habentium
tam pulcra facies, quam modesta est.
Pudor enim florem inspergit.

Καὶ ὁ Ἀριστοτέλης δὲ ἔφη, τοὺς ἐραστὰς εἰς οὐδὲν ἄλλο τοῦ σώματος τῶν ἐρωμένων ἀποβλέπειν, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐν οἷς τὴν αἰδῶ [1] κατοικεῖν. Σοφοκλῆς δέ που περὶ τοῦ κάλλους τοῦ Πέλοπος διαλεγομένην ποιήσας τὴν Ἱπποδάμειαν, φησίν·

Τοίαν δ' ἐν ὄψει [2] ἴυγγα [3] θηρατηρίαν
ἔρωτος, ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει. C
ἐνθάλπεται [4] μὲν αὐτὸς, ἐξοπτᾷ δ' ἐμὲ,
ἴσον μετρῶν [5] ὀφθαλμὸν, ὥστε τέκτονος [6]
παρὰ στάθμην ἰόντος [7] ὀρθοῦται κανών.

XVII. Endymion a Somno amatur.

Λικύμνιος δ' ὁ Χῖος, τὸν Ὕπνον φήσας ἐρᾷν τοῦ Ἐνδυμίωνος, οὐδὲ καθεύδοντος αὐτοῦ κατακαλύπτει [8] τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀλλ' ἀναπεπταμένων τῶν βλεφάρων κοιμίζει τὸν ἐρώμενον, ὅπως διαπαντὸς ἀπολαύῃ τῆς τοῦ θεωρεῖν ἡδονῆς. λέγει δ' οὕτως·

1 τὴν αἰδῶ mssti. 2 Τοιὰν Πέλοψ corr. Valck. & Brunck. 3 Perperam λύγγα ms. *A*. λύγκα ms. *Ep*. 4 εἶθ' ἄλλεται vulgo. εἶθ' ἥδεται Toup. 5 μέτρων edd. 6 ὡς τέκτονος edd. 7 ἰσοῦντος Valck. ἰδόντος Tyrwh. & Br. 8 κατακαλύπτειν edd. & dein κοιμίζειν.

Similiter Ariſtoteles dixit, amatores nullam aliam corporis partem in amaſiis reſpicere niſi oculos: quippe in quibus habitet pudor & modeſtia. Sophocles vero alicubi de Pelopis pulcritudine loquentem faciens Hippodamiam, ait:

Talem in oculis illicem venatricem
amoris, fulgur quoddam oculorum habet.
Calet quidem ipſe, urit vero me,
ſic metiens oculum meum, quemadmodum fabri
ad amuſſim euntis recta fit norma.

17. Licymnius vero Chius, cum *Somnum* dixiſſet *amare Endymionem*, ait, nec claudere eum illi oculos, ſed ſopire amaſium apertis palpebris; quo conſtanter fruatur voluptate eius adſpiciendi. Verba poëtae haec ſunt:

d *Ὕπνος δὲ χαίρων ὀμμάτων*
αὐγαῖς, ἀναπεπταμένοις ὄσσοις
ἐκοίμιζεν κοῦρον. [1]

Oculorum praecipua gratia.

καὶ ἡ Σαπφὼ δὲ πρὸς τὸν ὑπερβαλλόντως θαυμαζόμενον τὴν μορφὴν, καὶ καλὸν εἶναι νομιζόμενον, φησί·

Στᾶθι κάντα φίλος,
καὶ τὰν ἐπ' ὄσσοις [2]
ἀμπέτασον χάριν.

ὁ δ' Ἀνακρέων, τί φησίν;

Ὦ παῖ, παρθένιον βλέπων,
δίζημαί σε, σὺ δ' οὐκ ἀΐεις,
οὐκ εἰδὼς ὅτι τῆς ἐμῆς
ψυχῆς ἡνιοχεύεις.

Ὁ δὲ μεγαλοφωνότατος Πίνδαρος·

1 Temere *κοῦρος* ed. Caf. 2. & 3. *κόρον* corr. Flor. & eiicit verba *ἀναπεπταμ. ὄσσοις.* 2 *ἐπ' ὄσσ'* corrigunt viri docti, & *omnia uno versu* comprehendunt.

Somnus gaudens oculorum
splendore, apertis oculis
sopivit puerum.

Similiter Sappho illum, qui ob formae speciem in maxima omnium admiratione erat, eximieque pulcer habebatur, sic compellat:

Stes coram, amice,
& oculorum
expande gratiam!

Iam Anacreon quid ait?

O puer! virgineo vultu,
quaero te; tu vero non audis,
nesciens nempe, te meae
animae tenere imperium.

Tum grandisonus Pindarus:

Τὰς δὲ Θεοξένου (φησὶν) ἀκτῖνας ὄσσων μαρμα- e
ριζούσας [1]
δρακεὶς, ὃς μὴ πόθῳ κυμαίνεται,
ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται
μέλαιναν ψυχάν.

Ὁ δὲ τοῦ Κυθηρίου Φιλοξένου Κύκλωψ, ἐρῶν τῆς Γαλατείας, καὶ ἐπαινῶν αὐτῆς τὸ κάλλος, [2] προμαντευόμενος τὴν τύφλωσιν, πάντα μᾶλλον αὐτῆς ἐπαινεῖ ἢ [3] τῶν ὀφθαλμῶν μνημονεύει, λέγων ὧδε·

Ὦ καλλιπρόσωπε,
χρυσεοβόστρυχε [4] Γαλάτεια,
χαριτόφωνε, κάλλος [5] ἐρώτων.

τυφλὸς ὁ ἔπαινος, [6] καὶ κατ' οὐδὲν ὅμοιος τῷ Ἰβυ- f
κείῳ [7] ἐκείνῳ·

Εὐρύαλε, [8] γλυκέων [9] Χαρίτων

1 Rectius alibi μαρμαρίζοισας. 2 Forſ. ὡς προμαντ. 3 ἢ καὶ τῶν ὀφθ. edd. 4 χρυσεοβόστρυχε edd. 5 θάλλος forſan, vel θάλος. 6 τυφλὸς ἔπαινος edd. cum ms. A. 7 Ἰβυκίῳ iidem. 8 Forſ. Ὦ Εὐρύαλε. 9 γλαυκέων vulgo.

Theoxeni vero radios oculorum ſplendentes
quisquis cernens deſiderio non aeſtuat,
ex adamante aut ferro fabrefacta eſt
atra huius anima.

Philoxeni vero Cytherii Cyclops, Galateam amans, formamque eius laudans, (veluti) ominatus ſibi caecitatem, omnia magis in illa laudat, quam oculorum facit mentionem, ita dicens:

O pulcra-facie,
aureis cincinnis Galatea,
ſuavi voce, germen Amorum.

Caeca ea laus eſt, nihilque ſimilis Ibyceae illi laudationi:

Euryale, dulcium Gratiarum

θάλος, [1] καλλικόμων [2] μελέδημα.
σὲ μὲν Κύπρις ἅ τ' ἀγανοβλέφαρος
Πειθὼ ῥοδέοισιν ἐν [3] ἄνθεσι θρέψαν. [4]

Φρύνιχός τε ἐπὶ τοῦ Τρωΐλου ἔφη· „λάμπειν ἐπὶ πορφυραῖς παρῇσι [5] φῶς Ἔρωτος."

XVIII. Mentum radere dedecet virum.

Ὑμεῖς δὲ ξυρουμένους τὰ γένεια περιφέρετε τοὺς ἐρωμένους· τοῦ ξύρεσθαι τὸν πώγωνα κατ' Ἀλέξανδρον
a εὑρημένου, ὥς φησιν ὑμῶν ὁ Χρύσιππος ἐν τῷ τετάρτῳ Περὶ τοῦ Καλοῦ καὶ τῆς Ἡδονῆς. οὐκ ἀκαίρως δὲ, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, μεμνήσομαι τῆς λέξεως· χαίρω γὰρ πάνυ τῷ ἀνδρὶ, διά τε τὴν πολυμαθίαν, καὶ τὴν τοῦ ἤθους ἐπιείκειαν. λέγει δὲ οὕτως [6] ὁ φιλόσοφος· „Τὸ ξύρεσθαι τὸν πώγωνα κατ' Ἀλέξανδρον προῆκται, τῶν πρώτων οὐ χρωμένων αὐτῷ. καὶ γὰρ [7] Τιμόθεος ὁ αὐλητὴς πώγωνα μέγαν ἔχων ηὔλει· καὶ ἐν Ἀθήναις

1 θάλλος edd. 2 καλλιπλοκάμων aut καὶ καλλικόμων corr. Fior. 3 Abest ἐν Epit. 4 Temere τρέψαι ed. Cas. 2. & 3. 5 παρειῇσι h. l. edd. 6 οὗτος Ms. 7 καὶ γὰρ ὁ Τιμ. ὁ αὐλ. edd.

germen, pulcricomarum cura!
te quidem Cypris blandisque-palpebris-speciosa
Suadela roseos inter flores educarunt.

Phrynichus vero de Troilo dixit: *splendere super purpureis illius genis lumen amoris.*

18. Vos autem raso iam mento exoletos circumducitis amasios: qui mos radendi barbam, Alexandri aetate ortum cepit, ut ait Chrysippus vester quarto libro De Honestate & Voluptate. Nec vero alienum erit, ut mihi quidem persuadeo, ipsa etiam verba illius recitare: valde enim hoc viro delector, cum propter multiplicem doctrinam, tum ob ingenii lenitatem. Sic igitur ait Philosophus: »Novacula radere barbam Alexandri aetate coeptum est; apud superiores inusitatus ille mos fuit. Nam & Timotheus tibicen promissam gestans barbam tibia

διατηροῦσιν οὐ σφόδρα ἀρχαῖον τὸν πρῶτον προσκειράμενον [1] *παρωνύμιον ἔχειν* Κόρσην. *διὸ καὶ* Ἄλεξις *ἔφη* b
που·

Πιττοκοπούμενόν *τιν' ἢ ξυρούμενον ὁρᾷς;* [2]
τούτων [3] *ἔχει τι θάτερον.*
ἢ γὰρ στρατεύειν ἐπινοεῖν μοι φαίνεται,
καὶ πάντα τῷ πώγωνι δρᾷν ἐναντία·
ἢ πλουσιακόν τι [4] *τούτῳ προσπίπτει* [5] *κακόν.*
Τί *γὰρ αἱ τρίχες λυποῦσιν ὑμᾶς, πρὸς θεῶν;*
δι' ἃς ἀνὴρ ἕκαστος ἡμῶν φαίνεται,
εἰ μή τι ταύταις ἀντιπράττεσθ' ὑπονοεῖς; [6] c

Διογένης *δὲ, ἰδών τινα οὕτως ἔχοντα τὸ γένειον, ἔφησεν·* „Μή *τι ἔχεις ἐγκαλεῖν τῇ φύσει, ὅτι ἄνδρα σὲ ἐποίησε, καὶ οὐ γυναῖκα;"* Ἕτερον *δέ τινα ἐπὶ ἵππου ἰδὼν παραπλησίως ἔχοντα, καὶ μεμυρισμένον, καὶ*

1 *προκειράμενον Epit.* 2 Variis modis tentari possit *turbatus versus* cum seq. 3 *τοῦτον* ms. *A.* 4 Abest *τι* vulgo. *πολιτικόν τι* coni. Dalec. 5 *προσπίπτειν* edd. 6 Forf. *ἐπινοεῖς.*

canebat: & Athenis meminerunt non admodum vetusti hominis, qui, cum primus barbam sibi radendam curasset, *Κόρσης* (quasi *Rasum* diceres) est cognominatus. Quare Alexis alicubi dixit:

Picatum aut derasum si quem videris;
is horum duorum habet alterum:
aut militans in animo mihi videtur habere
omnia facere quae barbae sint contraria:
aut accidit huic malum aliquod divitum proprium.
Quid enim, per Deos, molesti vobis habet barbae pilus,
ex quo quisque nostrûm vir esse cognoscitur,
nisi mediteris aliquid quod eo indignum sit?

Diogenes vero, conspecto quodam, cui nudatum sic mentum erat: *An naturam tu accusas*, inquit, *quod virum te generavit, non foeminam?* Alium idem contuitus equo vectum, qui pariter rasus erat, & unguentis delibutus, &

τούτοις ἀκολούθως ἠμφιεσμένον· Πρότερον μὲν, ἔφησε, ζητεῖν, τί ἐστιν ὁ ἱππόπορνος, νῦν δὲ εὑρηκέναι. Ἐν Ῥόδῳ δὲ νόμου ὄντος μὴ ξύρεσθαι, οὐδὲ ὁ ἐπιληψόμενος οὐδείς ἐστιν, διὰ τὸ πάντας ξύρεσθαι. ἐν Βυζαντίῳ δὲ d ζημίας ἐπικειμένης τῷ ἔχοντι κουρεῖ ξυρὸν, οὐδὲν ἧττον πάντες χρῶνται αὐτῷ.“ Καὶ ταῦτα μὲν ὁ θαυμάσιος εἴρηκε Χρύσιππος.

XIX. Zenonis disciplinam perverterunt recentiores Cynici.

Ὁ δὲ σοφὸς ἐκεῖνος Ζήνων, ὥς φησιν Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος, προμαντευόμενος ὑμῶν (ὡς τὸ εἰκὸς) περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς προσποιήτου ἐπιτηδεύσεως, ἔφη, ὡς „ οἱ παρακούσαντες αὐτοῦ τῶν λόγων, καὶ μὴ συνέντες,[1] ἔσονται ῥυπαροὶ καὶ ἀνελεύθεροι· καθάπερ οἱ τῆς Ἀριστίππου παρενεχθέντες αἱρέσεως, ἄσωτοι καὶ θρασεῖς.“ Καὶ δὴ τοιοῦτοι ὑμῶν εἰσιν οἱ πλεῖστοι, e συνεσπασμένοι, καὶ κακοπινεῖς, οὐ μόνον τοῖς ἤθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἕξει. βουλόμενοι γὰρ ἐνδύεσθαι τὴν [2] αὐτάρ-

1 συνιέντες edd. 2 αὐτὴν αὐτάρκειαν, καὶ τὴν εὐτ. εὑρ. edd.

ita ut tali homini convenit vestitus: *Adhuc*, ait, *quaesiveram quis esset qui diceretur* ἱππόπορνος: *nunc autem reperi.* Rhodi cum lex sit vetans *ne quis novaculâ radatur*, nullus est tamen qui violatae legis quemquam reum agat, quoniam raduntur omnes. Byzantii vero licet indicta sit mulcta tonsori si novaculâ utatur, utuntur tamen omnes. « Et haec quidem dixit admirabilis vester Chrysippus.

19. At sapiens ille Zeno, ut ait Antigonus Carystius, futura animo praecipiens, de vestra (ut consentaneum) vita & simulata disciplina, dixit: » qui praecepta ipsius obiter audituri essent nec intellecturi, eos squalidos futuros & illiberales; quemadmodum qui ab Aristippi placitis aberrant, asoti evadunt & protervi. « Ac sunt sane tales vestrûm plerique, contracti, & sordidi, non solum animo, sed & exteriore habitu. Nam cum prae

κειαν καὶ τὴν εὐτέλειαν, εὑρίσκεσθε ἐπὶ ταῖς τῆς Φιλαργυρίας θύραις, ῥυπαρῶς ζῶντες, καὶ τριβωνάρια περιβαλλόμενοι μικρὰ, καὶ τῶν ἥλων ἐμπιπλάντες τὰ καττύματα,[1] καὶ κιναίδους καλοῦντες τοὺς ἢ μύρου προσβάλλοντας,[2] ἢ μικρῷ μαλακωτέραν ἠμφιεσμένους ἐσθῆτα. οὐ δεῖ οὖν οὕτως ἐσταλμένους περὶ ἀργύριον ἐπτοῆσθαι, καὶ ἐρωμένους περιάγεσθαι ξυρου- f
μένους τὴν ὑπήνην καὶ τὸν ὄρρον, τοὺς ἀκολουθοῦντας ἐν τῷ Λυκείῳ μετὰ σοφιστῶν, νὴ Δία, λεπτῶν, ἀσίτων, σκυτίνων, κατὰ τὸν Ἀντιφάνην.

XX. Laus Pulcritudinis.

Ἐπαινῶ δὲ καὶ αὐτὸ[3] τὸ κάλλος. καὶ γὰρ ἐν ταῖς Εὐανδρίαις τοὺς καλλίστους ἐγκρίνουσι,[4] καὶ τούτους[5] πρωτοφορεῖν[6] ἐπιτρέπουσιν. ἐν Ἤλιδι δὲ καὶ κρίσις γίνεται κάλλους, καὶ τῷ πρώτῳ τὰ τῆς[7] θεοῦ φέρειν τεύχη δίδοται, τῷ δὲ δευτέρῳ τὸν βοῦν ἄγειν, ὁ a

1 καὶ τῶν ἧχαι ἐμπίπλανται ὦτα, καττύματα edd. 2 προβάλλοντας corrigunt viri docti. 3 καὶ αὐτὸς forſ. 4 ἐκκρίνουσι edd. 5 τούτοις forſ. 6 πτορθοφορεῖν coni. Valeſ. 7 τὰ τῆς τοῦ θεοῦ vulgo. τὰ τοῦ θεοῦ corr. Caſaub. cum Dalec.

vobis feratis ſectari frugalitatem & tenuitatem vitae, deprehendimini ad avaritiae portas, ſordide viventes, brevia tritaque induti palliola, & clavis onerantes calceorum ſoleas, & cinaedum adpellantes ſi quis aut unguentum olet aut paulo molliore amictus eſt veſte. Quare ita inſtructos non decet ad argentum ſtupere, & amaſios circumducere barbam raſos & podicem, qui vos ſequantur in Lyceo *doctores* (*per Iovem*) *exiles*, *ieiunos*, *coriaceos*: ut ait Antiphanes.

20. Laudo vero & ego pulcritudinem. Nam & (Athenis in Panathenaeorum celebritate) ex epheborum gregibus ſeligunt pulcerrimos, & his primum locum inter eos tribuunt qui ſacra geſtant. Et in Elide quoque pulcritudinis habetur iudicium: ac primo quidem ferenda dantur vaſa Deae: [*ſive*, Dei:] proximus ab eo bo-

δὲ τρίτος τὰς θυηλὰς ἐπιτίθησιν. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Λέμβος ἱστορεῖ, ὅτι κατὰ τὴν Σπάρτην θαυμάζεται μᾶλλον ὁ κάλλιστος, καὶ γυνὴ ἡ καλλίστη, καλλίστας γεννώσης τῆς Σπάρτης τὰς γυναῖκας. διὸ καὶ φασὶ περὶ [1] Ἀρχιδάμου τοῦ βασιλέως, γυναικὸς αὐτῷ καλῆς φαινομένης, ἑτέρας [2] δὲ αἰσχρᾶς [3] καὶ πλουσίας, ὡς ἀπέκλινεν ἐπὶ τὴν πλουσίαν, ζημιῶσαι τοὺς ἐφόρους αὐτὸν, ἐπιλέγοντας ὅτι βασιλίσκους ἀντὶ βασιλέων τοῖς Σπαρτιάταις [4] γεννᾷν προαιρεῖται. Εὐριπίδης τε ἔφη· Archidamus rex Spartae.

b

Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

Καὶ οἱ παρ' Ὁμήρῳ δὲ δημογέροντες, θαυμάζοντες τῆς Ἑλένης τὸ κάλλος, φασίν· Pulcritudinem admirantur omnes.

Οὐ νέμεσις, Τρῶας καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς
τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν·
αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.

1 περὶ *ignorant* mssti. 2 Temere ἑταίρας ed. Casaub. 1. & 2. 3 μικρᾶς Plut. 4 ταῖς Σπάρταις mssti.

vem victimam agit: tertius libamina imponit. Heraclides vero Lembus tradit, apud Lacedaemonios maxima in admiratione fuisse pulcerrimum virum & foeminam pulcerrimam, cum pulcerrimas omnium mulieres Sparta ferret. Quare etiam de Archidamo rege narrant, cum propositâ ei uxore pulcrâ, aliâ vero deformi & divite, ad divitem ille declinasset, mulctam ei irrogatam esse ab ephoris, dicentibus, *regulos illum, non reges, generare velle Spartanis*. Et Euripides ait:

Primum quidem species (sit) *rego digna.*

Et apud Homerum seniores e populo, admirantes Helenae formam, dicunt:

Non est indigne-ferendum, Troianos & bene-ocreatos Achivos
tali de muliere longum tempus aerumnas pati:
mire immortalibus Deabus aspectu similis est.

Ἐκπέπληκται γοῦν καὶ αὐτὸς ὁ Πρίαμος ἐπὶ τῷ κάλλει τῆς γυναικὸς, καίτοι ἐν δεινοῖς ὑπάρχων. θαυμά- c
ζει γοῦν ἐπὶ κάλλει τὸν Ἀγαμέμνονα, τοιαῦτα ἐκφωνῶν·

Καλὸν δ' οὕτω ἐγὼν οὔπω ἴδον ὀφθαλμοῖσιν,
οὐδ' οὕτω γεραρόν· βασιλῆϊ δὲ ἀνδρὶ ἔοικεν.

Καθίστων δὲ καὶ πολλοὶ τοὺς καλλίστους βασιλέας· ὡς μέχρι νῦν οἱ Ἀθάνατοι καλούμενοι Αἰθίοπες, ὥς φησι Βίων ἐν Αἰθιοπικοῖς. ὡς ἔοικε γὰρ, τὸ κάλλος βασιλείας οἰκεῖόν ἐστι. Θεαὶ περὶ κάλλους ἤρισαν πρὸς ἀλλήλας· καὶ διὰ κάλλος οἱ θεοὶ ἀνηρείψαντο
Διῒ οἰνοχόον τὸν Γανυμήδη, d

κάλλεος εἵνεκα [1] οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

Αἱ θεαὶ δὲ τίνας ἁρπάζουσιν; οὐ τοὺς καλλίστους; οἷς καὶ σύνεισιν· Ἠὼς μὲν, Κεφάλῳ καὶ Κλείτῳ καὶ Τιθωνῷ· Δημήτηρ, Ἰασίωνι· Ἀφροδίτη, Ἀγχίσῃ καὶ

1 οὕνεκα edd.

Movetur quidem & ipse Priamus formâ mulieris, quamvis adversis rebus conflictans: atque etiam Agamemnonis admirans pulcritudinem, haec verba effatur:

Tam pulcrum ego nondum vidi oculis,
nec ita venerabilem: viro regi similis est.

Multae etiam gentes reges crearunt eos qui pulcerrimi essent: quemadmodum etiam nunc Aethiopes illi qui *Immortales* nominantur, ut ait Bion in Aethiopicis. Pulcritudo enim, ut videtur, convenit regiae dignitati. Deae de pulcritudine inter se contenderunt: & ob pulcritudinem *Dii rapuerunt Ganymedem, qui esset Iovi a poculis,*

ipsius ob pulcritudinem, ut immortalibus interesset.

Deae vero quosnam rapuerunt? nonne pulcerrimos? cum quibus etiam consuescunt: Aurora cum Cephalo & Clito & Tithono; Ceres cum Iasione: Venus cum An-

'Αδώνιδι. διὰ κάλλος δὲ καὶ ὁ μέγιστος τῶν θεῶν διὰ
κεράμων χρυσὸς ἔρχεται, ταῦρος γίνεται, ἀετὸς πτε-
ροῦται πολλάκις, ὥσπερ καὶ ἐπ' Αἰγίνῃ. Σωκράτης
δ' ὁ Φιλόσοφος, ὁ τῶν πάντων καταφρονῶν, τοῦ 'Αλ-
e κιβιάδου κάλλους οὐχ ἥττων ἐστίν; ὡς καὶ ὁ σεμνό-
τατος 'Αριστοτέλης τοῦ Φασηλίτου μαθητοῦ. 'Ημεῖς δὲ
οὐχὶ καὶ τῶν ἀψύχων τὰ κάλλιστα προκρίνομεν; 'Ε-
παινεῖται δὲ καὶ [1] τῶν Σπαρτιατῶν τὸ ἔθος τὸ γυμ-
νοῦν τὰς παρθένους τοῖς ξένοις. ἐν Χίῳ δὲ τῇ νήσῳ καὶ
βαδίζειν ἥδιστόν ἐστιν ἐπὶ τὰ γυμνάσια καὶ τοὺς δρό-
μους, καὶ ὁρᾷν προσπαλαίοντας τοὺς νέους ταῖς κόραις.

Καὶ ὁ Κύνουλκος· Ταύτῃ καὶ τολμᾷς σὺ λέ- XXI.
γειν, οὐ ῥοδοδάκτυλος οὖσα, κατὰ τὸν Κρατῖνον,[2] ἀλ- Cynulci invectiva in
λὰ βολίτινον ἔχων θάτερον σκέλος· ἐκείνου τοῦ ὁμω- Myrtilum.
f νύμου σοι ποιητοῦ τὴν μνήμην [3] φορῶν, ὃς ἐν τοῖς κα-

1 'Επαινεῖται καὶ τῶν Σπαρτ. ms. *Ep.* προκρίνομεν, ἐπαινοῦντες τῶν Σπαρτ. edd. cum ms. *A.* 2 Καρκῖνον ed. Ven. & Baſ. 3 κνήμην Ms. An τὸ λῆμα? an τὴν λήμην.

chiſe & Adonide. Propter pulcritudinem maximus Deorum per tectum intrat aurum factus; in taurum mutatur; aquilae formâ volat ſaepius, ſicut Aeginae cauſſâ. Socrates vero philoſophus, ille omnium contemtor, nonne Alcibiadis formae ſuccumbit? quemadmodum etiam graviſſimus Ariſtoteles diſcipuli Phaſelitae pulcritudini. Nos vero nonne in rebus etiam inanimatis eas praeferimus, quae caeteris pulcritudine praeſtant? Laudatur vero etiam Spartanorum mos nudandi virgines coram hoſpitibus. In inſula Chio vero iucundiſſimum eſt gymnaſia adire & circos, ibique luctantes ſpectare iuvenes cum puellis.

21. Tum Cynulcus: Et ſic tu, inquit, loqui audes? qui non quidem, ut illa apud Cratinum *roſeos digitos*, ſed (tamen) *alterum pedem aſininum habes*, & cognominis illius tui poëtae memoriam renovas, [*ſive*, animum ge-

πηλείοις καὶ τοῖς πανδοχείοις ἀεὶ διαιτᾶται, [1] καίτοι Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος ἐν τῷ Ἀρεοπαγιτικῷ εἰρηκότος· „ἐν καπηλείῳ δὲ φαγεῖν ἢ πιεῖν οὐδεὶς οὐδ᾽ ἂν οἰκέτης [2] ἐτόλμησε. σεμνύνεσθαι γὰρ ἐμελέτων, οὐ βωμολοχεύεσθαι.“ Ὑπερίδης [3] δ᾽ ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, τοὺς Ἀρεοπαγίτας, φησὶν, ἀριστήσαντά τινα ἐν καπηλείῳ κωλῦσαι ἀνιέναι εἰς Ἄρειον πάγον. σὺ δὲ, ὦ Σοφιστὰ, ἐν τοῖς καπηλείοις συνα- a
ναφύρῃ οὐ μετὰ ἑταίρων, ἀλλὰ μετὰ ἑταιρῶν, μαστροπευούσας περὶ σαυτὸν οὐκ ὀλίγας ἔχων, καὶ περιφέρων αἰεὶ τοιαυτὶ βιβλία [4] Ἀριστοφάνους, καὶ Ἀπολλοδώρου, καὶ Ἀμμωνίου, καὶ Ἀντιφάνους, ἔτι δὲ Γοργίου τοῦ Ἀθηναίου, πάντων τούτων συγγεγραφότων περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων. ὢ τῆς καλῆς σου πολυμαθίας! ὡς κατ᾽ οὐδὲν ἐμιμήσω Θεόμανδρον [5] τὸν Κυρηναῖον; ὅν φησι Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ Εὐδαι-

Scriptores de Meretricibus Atheniensibus.

1 διαιτᾷ legendum putavi. 2 οἰκέτης ἐπιεικὴς ed. Bas. & Cas. 3 Ὑπερείδης ed. Ven. & Bas. cum ms. *A*. 4 βυβλία vulgo. 5 τὸν Θεομ. edd.

ris,] in cauponis & tabernis semper vitam agens; quamquam Isocrates orator in Areopagitico dixit, *in caupona edere aut bibere ne servus quidem sustinuisset: gravitati enim, non scurrilitati studebant.* Hyperides vero, in oratione contra Patroclem, si modo genuina est, ait: *Areopagitas, si quis in caupona pransus esset, hunc vetasse in Areopagum adscendere.* Tu vero, Sophista, in cauponis versaris, non cum amicis, sed cum scortis, laenas circa te non paucas habens, semperque libros hos circumferens Aristophanis, & Apollodori, & Ammonii, & Antiphanis, atque etiam Gorgiae Atheniensis, qui omnes de Meretriculis Atheniensibus scripserunt. O praeclaram tuam multiplicem eruditionem! Ut nihil imitatus es Theomandrum Cyrenaeum, quem Theophrastus, in libro De Felicitate, ait circumiisse

μονίας, περιιόντα ἐπαγγέλλεσθαι „διδάσκειν εὐτυ-
b χίαν." Ἐρωτοδιδάσκαλε, οὐδὲν ἄρα διαφέρεις Ἀμάσιος τοῦ Ἠλείου· ὃν Θεόφραστος, ἐν τῷ Ἐρωτικῷ, περὶ τοὺς ἔρωτας δεινὸν γεγονέναι λέγει. οὐκ ἂν ἁμάρτοι δέ τις σε καὶ πορνογράφον καλῶν, ὡς Ἀριστείδην καὶ Παυσανίαν, ἔτι τε Νικοφάνη, τοὺς ζωγράφους. μνημονεύει δὲ αὐτῶν, ὡς ταῦτα καλῶς γραφόντων, Πολέμων ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι Πινάκων. ὢ τῆς καλῆς πολυμαθίας, ἄνδρες φίλοι, τῆς τοῦ γραμματικοῦ τοῦδε, ὃς οὐδ' ἐγκαλύπτεται, ἀλλ' ἀναφανδὸν τὰ Εὐβούλου αἰεὶ ἐκ Κερκώπων [1] λέγει·

c Κόρινθον ἦλθον. ἡδέως ἐνταῦθά πως
λάχανόν τι τρώγων ὤκιμον, διεφθάρην·
κἀνταῦθα κατελήρησα τὴν ἐξωμίδα.

Καλός γε ὁ τῶν Κορινθίων σοφιστὴς, ὁ τοῖς μαθηταῖς διηγούμενος, ὅτι Ὤκιμον ἑταίρας ὄνομα. Καὶ ἄλλα [2]

1 ἀεὶ Κερκώπων ed. Cas. 2 Forf. Ἀλλὰ καὶ πολλὰ &c. aut intercidit nonnihil ante ista verba.

profitentem *docere se Felicitatem!* Immo tu, amorum doctor, nihil differs ab Amasi Eleo: quem idem Theophrastus, in Erotico, ait rerum amatoriarum adprime fuisse scientem. Nec vero peccaverit qui *pornographum* te nominaverit; quemadmodum Aristidem & Pausaniam & Nicophanem pictores: quorum ut talia scite pingentium meminit Polemon, in libro De Tabulis quae Sicyone fuerunt. O praeclaram, viri amici, eruditionem grammatici huius; qui ne dissimulate quidem, sed aperte, illud ex Eubuli Cercopibus in ore semper gerit:

Corinthum veni. Ibi iucundissime equidem
olus aliquod manducans ocimum, perditus sum;
& ibi nugas agens tunicam amisi.

Praeclarus sane est hic Corinthiorum sophista, exponens discipulis, esse *Ocimum* meretricis nomen. * Atqui

Comoediae a meretricibus denominatae.

δὲ πολλὰ, ὦ 'ναιδὲς, [1] δράματα ἀπὸ ἑταιρῶν ἔσχε τὰς ἐπιγραφάς· Θάλαττα Διοκλέους, Φερεκράτους Κοριαννώ, Εὐνίκου ἢ Φιλυλλίου Ἄντεια, Μενάνδρου δὲ Θαῒς καὶ Φάνιον, [2] Ἀλέξιδος Ὀπώρα, Εὐβούλου Κλεψύδρα. οὕτω δ' ἐκλήθη αὕτη ἡ ἑταῖρα, ἐπειδὴ πρὸς κλεψύδραν συνουσίαζεν, ἕως κενωθῇ· ὡς Ἀσκληπιάδης εἴρηκεν, ὁ τοῦ Ἀρείου, ἐν τῷ Περὶ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως συγγράμματι, τὸ κύριον αὐτῆς ὄνομα φάσκων εἶναι Μητίχην. d

XXII. Meretrix, magnum malum.

Ἔστιν δ' ἑταίρα —
(ὡς Ἀντιφάνης φησὶν ἐν Ἀγροίκῳ)
— τῷ τρέφοντι συμφορά·
εὐφραίνεται γὰρ κακὸν ἔχων οἴκοι μέγα.

Διὸ καὶ θρηνῶν τις αὐτὸν [3] παράγεται ὑπὸ Τιμοκλέους, ἐν Νεαίρᾳ· e

— Ἀλλ' ἔγωγ' ὁ δυστυχὴς,

1 ὦν αἰδ.... ed. Caſ. quod varie corrigere tentarunt viri docti. 2 Φάννιον edd. cum ms. A. Νάννιον corrigunt. 3 αὐτὸν edd.

multa alia dramata, o impudens, a meretricibus inſcriptos titulos habuerunt: Thalatta Dioclis, Pherecratis Corianno, Eunici aut Philyllii Antea, Menandri Thais & Phanium, Alexidis Opora, Eubuli Clepſydra. Nomen autem nacta erat iſta meretrix eo, quod ſui copiam faceret ad clepſydram, donec aqua ex illa exſtillaſſet: ut tradit Aſclepiades Arei, in libro DE Demetrio Phalereo; proprium illius nomen Metichen fuiſſe ſcribens.

22. *Eſt* autem, ut Antiphanes in Ruſtico ait,
Meretrix alenti ſeſe gravis calamitas:
nam peſtem domi habens maximam, gaudet tamen.

Quare & ſe ipſum deplorans aliquis inducitur a Timocle in Neaera:

— At equidem miſer,

Φρύνης ἐρασθεὶς ἡνίκ' ἔτι τὴν κάππαριν
συνέλεγεν, οὔπω τ' [1] εἶχεν ὅσα περ νῦν ἔχει,
πάμπολλ' ἀναλίσκων ἐφ' ἑκάστῳ, τῆς θύρας [2]
ἀπεκλειόμην.

καὶ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δ' Ὀρεσταυτοκλείδης [3] ὁ αὐτὸς Τιμοκλῆς [4] φησί·

— Περὶ δὲ τὸν πανάθλιον
εὕδουσι γρᾶες, Νάννιον, Πλάγγων, Λύκα,
f Γνάθαινα, Φρύνη, Πυθιονίκη, Μυῤῥίνη,
Χρυσὶς, Κοναλλὶς, [5] Ἱερόκλεια, Λοπάδιον.

Τούτων τῶν ἑταιρῶν καὶ Ἄμφις μνημονεύει ἐν Κουρίδι, [6] λέγων·

— — Τυφλὸς ὁ πλοῦτος εἶναί μοι δοκεῖ,
ὅστις γε παρὰ ταύτην μὲν οὐκ εἰσέρχεται,
παρὰ δὲ Σινώπῃ, καὶ [7] Λύκᾳ, καὶ Ναννίῳ,

1 οὔ ποτ' edd. 2 ἐφεστηκὼς θύραις Iacobs. 3 Δορεὺς ταυτοκλείδης edd. 4 αὐτὸς Τιμοκλ. vulgo, absque ὁ. 5 Κοναλλὶς Ms. 6 Alibi Κουρίδι. 7 Deest καὶ ed. Caf. 2. 3.

qui Phrynen tum amavi cum adhuc capparin
colligebat, nec dum ea quae nunc habet habebat,
quique magnam impensam quavis occasione feci, foribus
nunc exclusus sum.

Porro in fabula quae Orestautoclides inscribitur, idem Timocles ait:

— *Circa hunc miserrimum*
dormiunt vetulae, Nannion, Plangon, Lyca,
Gnathaena, Phryne, Pythionica, Myrrhina,
Chrysis, Conallis, Hieroclea, Lopadion.

Quarum meretricum Amphis quoque meminit in Curide, ubi ait:

Caecus mihi Plutus esse videtur,
qui ad hanc quidem non ingreditur:
apud Sinopen vero & Lycam & Nannium,

ἑτέραις τε [1] τοιαύταισι παγίσι τοῦ βίου,
ἔνδον κάθητ' ἀπόπληκτος, οὐδ' ἐξέρχεται.

XXIII. Ἄλεξις δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Ἰσοστάσιον, τὴν ἑταιρικὴν παρασκευὴν, καὶ τὰς δι' ἐπιτεχνήσεως κομμώσεις τῶν ἑταιρῶν, οὕτως ἐκτίθεται· a

Fucus, & similia meretricum artificia.

Πρῶτα [2] μὲν γὰρ πρὸς [3] τὸ κέρδος καὶ τὸ συλᾶν τοὺς πέλας
πάντα [4] τἄλλ' αὐταῖς πάρεργα [5] γίνεται· ῥάπτουσι δὲ
πᾶσιν ἐπιβουλάς. ἐπειδὰν δ' εὐπορήσωσί ποτε,
ἀνέλαβον καινὰς ἑταίρας, πρωτοπείρους τῆς τέχνης.
Εὐθὺς ἀναπλάττουσι ταύτας, ὥστε μήτε τοὺς τρόπους,
μήτε τὰς ὄψεις ὁμοίως διατελεῖν οὔσας ἔτι.
Τυγχάνει μικρά τις οὖσα; φελλὸς ἐν ταῖς βαυκίσιν [6] b
ἐγκεκάττυται. Μακρά τις; διάβαθρον λεπτὸν φορεῖ,

1 ἑταίραις τε msstl. 2 Πρῶτον vulgo. 3 Desunt duae voculae edd. 4 Deest πάντα edd. 5 περίεργα edd. 6 καυκίσιν edd.

aliasque tales vitae hominum laqueos,
intus sedet attonitus, nec inde egreditur.

23. Alexis vero, in dramate quod Isostasion inscribitur, meretricium adparatum, & artificia quibus ad cultum comptumque corporis utuntur meretrices, in hunc modum exponit:

Ut sibi quaestum concilient, ac despolient alterum,
prae hoc labore reliqua cuncta ducunt perfunctoria.
Omnibus struunt insidias. Postquam sic rem fecerunt,
alia sibi scortilla adsciscunt, artis tirones novas:
has refingunt ac reformant, ut nec mores antea
iam tuentur, nec sit idem vultus qui pridem fuit.
Si pusilla est aliqua, suber additur sculponeis.
Longa est alia? plantam tenui leviter vestit diabathro,

τήν τε κεφαλὴν ἐπὶ τὸν ὦμον καταβαλοῦσ' [1] ἐξέρχεται·
τοῦτο τοῦ μήκους ἀφεῖλεν. Οὐκ ἔχει τις ἰσχία;
ὑπενέδυσ' ἐῤῥαμμέν' αὐτήν' ὥστε τὴν εὐπυγίαν
ἀναβοᾶν τοὺς εἰσιδόντας. [2] Κοιλίαν ἀδρὰν [3] ἔχει; [4]
τιτθίαις [5] ταύταισι τούτων, ὧν ἔχουσ' οἱ κωμικοὶ,
ὀρθὰ προσθεῖσαι, [6] τοιαῦτα γοῦν αὐτῶν τῆς κοιλίας, [7]
C ὥσπερεὶ κοντοῖσι τούτοις, εἰς τὸ πρόσθ' [8] ἀπήγαγον. [9]
Τὰς ὀφρῦς πυῤῥὰς ἔχει τις; ζωγραφοῦσιν ἀσβόλῳ.
συμβέβηκ' εἶναι μέλαιναν, κατέπλασε ψιμυθίῳ. [10]
λευκόχρως λίαν τις ἐστί; παιδέρωτ' ἐντρίβεται.
Καλὸν ἔχει τοῦ σώματός τι; ταυτὸ [11] γυμνὸν δείκνυται.

1 καταβάλλουσ' edd. 2 ἰδόντας vulgo. 3 Deest ἀδρὰν ed. Ven. & Bas. 4 τις addit ed. Cas. 5 στήθεις ed. Ven. & Bas. cum Msto. τιτθείαις ed. Cas. ταινίαις coni. Dalec. 6 προσθεῖσα ed. Florentina apud Clem. προστιθεῖσα ed. Sylb. Clem. 7 ταῦτα, τοὔνδυτον τῆς κοιλίας Sylb. apud Clem. τοὔξεχον τῆς κοιλίας Grot. 8 εἰς τ' ὄπισθ' Grot. 9 ἀπήγαγεν apud Clem. 10 ψιμμυθίῳ edd. 11 τοῦτο apud Clem.

& capite in humeros reiecto publicam incedit viam:
tantum abit proceritati. Si depygis altera est,
fulmentatur assumentis, ut, qui euntem conspicant,
bene clunatam exclament omnes. Si cui venter prominet,
fasciis, videre quales in comoediis licet,
arrectaria insuper addunt: & sic, quod protuberat
alvi exterius, id retrorsum redigunt tanquam trudibus.
Quae rufum superciliata est, pingitur fuligine:
nigra si qua, de cerussa falsum candorem trahit:
ad pallorem si qua albescit, haec acantho inungitur.
Nudum habendum & promercale, si quid pulcrum in corpore est.

εὐφυεῖς ὀδόντας ἔσχεν; ἐξ ἀνάγκης δεῖ γελᾶν,
ἵνα θεωρῶσ᾽ [1] οἱ παρόντες τὸ στόμ᾽, ὡς κομψὸν φορεῖ.
ἂν δὲ μὴ χαίρῃ γελῶσα, διατελεῖ [2] τὴν ἡμέραν d
ἔνδον, ὥσπερ τοῖς μαγείροις ἃ παράκειθ᾽ ἑκάστοτε,
ἡνίκ᾽ ἂν πωλῶσιν αἰγῶν κρανία, ξυλήφιον
μυρρίνης ἔχουσα [3] λεπτὸν ὀρθὸν ἐν τοῖς χείλεσιν·
ὥστε τῷ χρόνῳ σέσηρεν, [4] ἄν τε βούλητ᾽, [5] ἄν τε μή.
[σώματα καὶ] [6] ὄψεις διὰ τούτων σκευοποιοῦσι τῶν τεχνῶν.

XXIV. Lupanaria. Διὸ συμβουλεύω σοι, Θετταλὲ ποικιλόδιφρε, τὰς ἐπὶ τῶν οἰκημάτων ἀσπάζεσθαι, καὶ μὴ καταναλίσκειν εἰς οὐδὲν δέον τὰ τῶν υἱῶν κέρματα. ὄντως γὰρ e „ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ·“ [7] τοῦ κρηπιδοποιοῦ πατρὸς οὐ πολλά σε σωφρονίσαντος καὶ διδάξαντος „σκύτη βλέπειν.“ ἢ οὐκ οἶδας, κατὰ τὴν Εὐβούλου Παννυ-

1 ἵνα θεωροῖεν vulgo. ἵν᾽ ἀθροῖεν Iac. 2 διὰ τέλους mssti & ed. Ven. διατελοῦσι ed. Caf. 3 ἔχουσι vulgo. 4 σεσηρέναι vulgo. 5 βούλοιντ᾽ edd. cum ms. *A.* 6 Absunt vulgo duo verba. 7 οἰφᾷς edd.

Dentes nacta est elegantes, pernecesse est rideat;
ut conspiciant quotquot adsunt, quam sit ore venustulo:
quod si risum non amassit, desidere intra domum
cogitur dies perpetuos, & qualia coquo adiacent
cum caprugna capita vendit, tali myrti frustulo
labia transtinere & ori facere intercapedinem;
ut, velit nolitve, rictum consueat diducere.
Talibus sutelis corpus atque vultum interpolant.

24. Quare tibi consulo, Thessale variâ-sellâ-utens, illis mulieribus sis contentus quae in lupanaribus prostant, nec praeter rationem filiorum tuorum rem familiarem perdas. Vere enim tu *claudus optime virum agis*: quum crepidarius pater tuus non admodum te ad sapientiam continentiamque instituerit & *coria spectare* docuerit. Aut nonne nosti illas, quas Eubulus in Panny-

χίδα „Τὰς Φειδωλοὺς κερμάτων παλευτρίας, πώλους Κύπριδος ἐξησκημένας,

γυμνὰς ἐφεξῆς ἐπὶ κέρως [1] τεταγμένας,
ἐν λεπτονήτοις [2] ὑμέσιν ἑστώσας, οἵας
Ἠριδανὸς ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας·
παρ' ὧν [3] βεβαίως ἀσφαλῶς τ' [4] ἔξεστί σοι
f μικροῦ πρίασθαι κέρματος τὴν ἡδονήν.“

καὶ ἐν Ναννίῳ· (Εὐβούλου [5] τὸ δρᾶμα καὶ μὴ Φιλιππίδου·)

Ὅστις λέχη γὰρ σκότια νυμφεύει λάθρα,
πῶς οὐχὶ πάντων ἐστὶν ἀθλιώτατος;
ἐξὸν θεωρήσαντι πρὸς τὸν ἥλιον
γυμνὰς ἐφεξῆς ἐπὶ κέρως τεταγμένας,
ἐν λεπτοπήνοις [6] ὑμέσιν ἑστώσας, οἵας
Ἠριδανὸς ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας,

1 ἐπιχαίρως ed. Bas. & Casaub. cum ms. *A*. & sic mox iterum. ἐπιχαίρους ms. *Ep*. 2 λεπτοπήνοις ms. *Ep*. in contextu, & λεπτονήτοις inter lineas. 3 παρὼν edd. cum ms. *A*. 4 Deest τ' edd. 5 Fors. εἰ Εὐβ. 6 Rursus λεπτονήτοις edd.

chide dixit, *Parcas nummorum illices, eruditas* (sive, *comptas*) *Cypridis iuvenculas,*

quae nudae longâ serie collocatae
stant, tenui-filo-textas membranas indutae;
quales Eridanus castis nutrit aquis puellas:
a quibus tuto ac sine periculo licet tibi
pauculis nummis voluptatem emere.

& in Nannio: (Eubuli [si] id drama est, non Philippidae:)

Quisquis subsessor iuris alieni toros
furtivos sequitur, nonne homo est miserrimus?
cum detur illi solis inspicere ad iubar
nudas, digestas tamquam in aciei ordinem,
stantes in nebulâ linteâ, quales Padus
lavat puellas amnis puri flumine;

μικροῦ πρίασθαι κέρματος τὴν ἡδονήν·
καὶ μὴ λαθραίαν κύπριν (αἰσχίστην νόσων [1] a
πασῶν) διώκειν, ὕβρεος, [2] οὐ πόθου χάριν.
Ἑλλάδος ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου πέρι
στένω, ἣ Κυδίαν ναύαρχον ἐξεπέμψατο. [3]

Ἐπιτιμᾷ δὲ καὶ Ξέναρχος ἐν Πεντάθλῳ τοῖς παραπλησίως σοι βιοῦσι, καὶ ἐσπουδακόσι περὶ τὰς μεγαλομίσθους ἑταίρας καὶ τὰς ἐλευθέρας τῶν γυναικῶν, ταυτὶ λέγων·

— Δεινὰ, δεινὰ, κοὐκ ἀνασχετὰ
ἐν τῇ πόλει πράττουσιν οἱ νεώτεροι.
Ὅπου γὰρ οὐσῶν μειράκων μάλ' εὐπρεπῶν b
ἐπὶ τοῖσι πορνείοισιν, ἃς [4] ἔξεσθ' ὁρᾶν
εἰληθερούσας, στέρν' ἀπημφιεσμένας, [5]
γυμνὰς, ἐφεξῆς τ' [6] ἐπὶ κέρως [7] τεταγμένας·

1 ὅσων vulgo. 2 ὕβρεως vulgo. 3 ἣ 'ξεπέμψατο corr. Iacobs. deleto pronomine post στένω. 4 πορνίοισι μάλ' ἔξεσθ' edd. 5 στέρνα τ' ἠμφιεσμ. vulgo. 6 γυμνάς τ' ἐφεξ. Toup. 7 ἐπικαίρως vulgo.

& emere parvo pretio noctis gaudium:
non, quae res foeda est, furto Venerem quaerere,
protervitatis, haud amoris gratia.
Gracciae equidem miserae vicem
doleo, nauarchum quae emisit Cydiam.

Reprehendit etiam Xenarchus, in Quinquertio, eos qui tuo more vivunt, & sumtuosas illas meretrices ambiunt, & ingenuas matronas solicitant; cuius haec sunt verba:

Indigna, indigna, & intolerabilia,
faciunt iuvenes hac in urbe.
Nam cum sint puellae formosae admodum
in lupanaribus, quas videre licet
in aprico stantes, revelato pectore,
nudas, continuâ longâ serie collocatas:

ὧν ἔστιν ἐκλεξάμενον ᾗ τις ἥδεται,
λεπτῇ, παχείᾳ, στρογγύλῃ, μακρᾷ, ῥικνῇ,
νέᾳ, παλαιᾷ, μεσοκόπῳ, πεπαιτέρᾳ·
μὴ κλίμακ' αἰτησάμενον εἰσβῆναι λάθρα,
μηδὲ δι' ὀπῆς κάτωθεν ἐκδῦναι στέγης,
e μηδ' ἐν ἀχύροισιν εἰσενεχθῆναι τέχνῃ.[1]
Αὗται βιάζονται γὰρ, εἰσέλκουσί τε,
τοὺς μὲν γέροντας ὄντας ἐπικαλούμεναι
πατρίδια, τοὺς δ' ἀπφάρια, τοὺς νεωτέρους.
καὶ τῶνδ' ἑκάστην[2] ἔστιν ἀδεῶς, εὐτελῶς,
μεθ' ἡμέραν, πρὸς ἑσπέραν, πάντας τρόπους·
τὰς δ'[3] οὔτ' ἰδεῖν ἔστ', οὐθ' ὁρῶντ' ἰδεῖν σαφῶς,
ἀεὶ δὲ τετρεμαίνοντα, καὶ φοβούμενον,
δεδιότα τ',[4] ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχονθ'.
ἃς[5] πῶς ποτ', ὦ δέσποινα ποντία[6] Κύπρι,[7]

1. τέχναις edd. 2. ἕκαστον vulgo. 3. ἃς δ' οὔτ' vulgo. 4 Deest τ' vulgo. 5 ἔχοντα πῶς, absque ἃς, edd. Ἔχειν & οἳ πῶς corrigunt viri docti. 6 πότνια malim. 7. Κύπρις edd.

quarum eligenti quamcumque libuerit,
tenuem, pinguem, rotundam, longam, rugosam,
iuvenem, senem, mediam, maturiorem:
non opus est scalam quaerenti furtim ingredi,
nec per foramen tecti domo rursus evadere,
nec involutum paleâ per dolum importari.
Hae enim vel invitum per vim etiam attrahunt;
seniores si qui sunt, hos paterculos
compellantes; si iuniores, fraterculos.
Et harum quâque frui nullo periculo viliquo pretio
licet, interdiu, vesperi, quoquo libuerit modo.
Illas vero, ne videre quidem, nec si videas, aperte adspicere
licet, nisi trepidanti semper, timentique,
& paventi in manu vitam habenti positam.
Quibuscum quonam tandem pacto, a Diva pontigena (si-
ve, veneranda) Cypris,

βινεῖν δύνανται, τῶν Δρακοντείων νόμων d
ὁπόταν ἀναμνησθῶσι προσκινούμενοι; [1]

XXV. Venus vulgivaga a Solone consecrata.

Καὶ Φιλήμων δ' ἐν Ἀδελφοῖς[2] προσιστορῶν, ὅτι πρῶτος Σόλων, διὰ τὴν τῶν νέων ἀκμὴν, ἔστησεν ἐπὶ οἰκημάτων γύναια πριάμενος· καθὰ καὶ Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος ἱστορεῖ ἐν τρίτῳ[3] Κολοφωνιακῶν, φάσκων αὐτὸν καὶ Πανδήμου Ἀφροδίτης ἱερὸν πρῶτον ἱδρύσασθαι ἀφ' ὧν ἠργυρίσαντο αἱ προστᾶσαι τῶν οἰκημάτων. ἀλλ' ὅ γε Φιλήμων οὕτως φησί·

Σὺ[4] δ' εἰς ἅπαντας εὗρες ἀνθρώπους, Σόλων, e
σὲ γὰρ λέγουσιν τοῦτ' ἰδεῖν πρῶτον [βροτῶν,][5]
δημοτικὸν, ὦ Ζεῦ, πρᾶγμα καὶ σωτήριον·
(καί μοι λέγειν τοῦτ' ἐστὶν ἁρμοστὸν, Σόλων·)
μεστὴν ὁρῶντα[6] τὴν πόλιν νεωτέρων,
τούτους τ' ἔχοντας τὴν ἀναγκαίαν φύσιν,

1 προσχυνούμενοι vulgo. 2 ἐν Δελφοῖς vulgo. 3 Alibi ἐν ἕκτῳ. 4 Εὖ corr. Grotius. 5 Deest vox vulgo. 6 ὁρῶντι vulgo: & superiore versu parenthesin non agnoscunt.

rem habere possunt, Dracontiarum legum
si quando memoria subit coëuntes?

25. Similia dixit Philemon in fabula Adelphis, simul docens, primum *Solonem* propter iuvenum aetate vigentium libidinem instituisse, ut essent emtae mulierculae quae in lupanaribus prostarent: quod etiam Nicander Colophonius tradit tertio libro Colophoniacorum, ubi *templum* quoque *Veneris vulvivagae* ab eodem primum exstructum esse ait ex pecunia quam fecerunt mulieres lupanaribus praefectae. Philemonis autem versus hi sunt:

Cunctis hominibus bene pol! fecisti, Solon:
nam te commemorant esse auctorem principem
adeo popularis ac salutaris rei.
(Namque haec conveniens mihi, Solon, oratio est.)
In urbe iuvenes cum videres plurimos,
quibus deesset nil naturae partium,

ἁμαρτάνοντας τ' εἰς ὃ μὴ προσῆκον ἦν,
στῆσαι, πριάμενόν τοι, [1] γυναῖκας κατὰ τόπους
κοινὰς ἅπασι καὶ κατεσκευασμένας.
Ἑστᾶσι γυμναί· μὴ 'ξαπατηθῇς· πάνθ' ὅρα.
f οὐκ εὖ σεαυτοῦ τυγχάνεις ἔχων; ἔχεις
[ἐστυκότως] πῶς; ἡ θύρα 'στ' ἀνεῳγμένη. [2]
εἷς ὀβολός· εἰσπήδησον· οὐκ ἔστ' οὐδὲ εἷς
ἀκκισμὸς, οὐδὲ λῆρος, οὐδ' ὑφήρπασεν· [3]
ἀλλ' εὐθὺς ὡς βούλει σὺ, χ' ὃν [4] βούλει τρόπον.
Ἐξῆλθες; οἰμώζειν λέγ', ἀλλοτρία 'στί σοι. [5]

Καὶ Ἀσπασία δὲ ἡ Σωκρατικὴ ἐνεπορεύετο πλήθη καλῶν γυναικῶν, καὶ ἐπλήθυνεν ἀπὸ τῶν ταύτης ἑταιρίδων ἡ Ἑλλὰς, ὡς καὶ ὁ χαρίεις Ἀριστοφάνης (ἐν

Aspasiae meretriculis impletur Graecia.

1 τι ed. Bas. & Cas. 2 Claudus vulgo versus, πῶς ἡ θύρα ἔσται ἀνεῳγμένη. 3 ὑφαρπαγὴ corr. Grot. 4 βούλει συχνὸν vulgo. 5 ἀλλότρια τί σοι vulgo.

libidinantes in ea quae attingi nefas;
emtas mulieres certis statuisti in locis,
in hoc paratas publici ut iuris forent.
Nudae adstant: specta penitus, ne falli queas.
Res nonne bene habent, quisquis es tandem, tuae?
est unde apertas indipiscaris fores.
[Sive: *Haud sat bene te habes? tentigine laboras? aperta ianua est.*]
Sat obolus: intra! Nulla detrectatio,
nugatio hic nec ulla, nec subductio:
licet continuo cum libet & quantum libet.
[Sive: *licet statim ac tu volueris, & quo modo libuerit.*]
Existi? iube eam flere: nihil ad te attinet.

Verum etiam *Aspasia*, Socratica illa, formosarum mulierecularum multitudinem invexit, & meretriculis illius repleta Graecia est: quod etiam festivus Aristophanes

Ἀχαρνεῦσι)[1] παρασημαίνεται, λέγων τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον ὅτι Περικλῆς διὰ τὸν Ἀσπασίας ἔρωτα, καὶ τὰς ἁρπασθείσας ἀπ' αὐτῆς θεραπαίνας ὑπὸ Μεγαρέων, ἀνεῤῥίπισε· [ὑπὸ Μεγαρέων τὰ δεινά·][2] a

Πόρνην δὲ Σιμαίθαν ἰόντες Μεγάραδε
νεανίαι κλέπτουσι μεθυσοκότταβοι.
εἶθ' οἱ Μεγαρῆς[3] ὀδύναις πεφυσιγγωμένοι
ἀντεξέκλεψαν Ἀσπασίας πόρνας δύω·
κἀκεῖθεν[4] ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατεῤῥάγη
Ἕλλησι πᾶσιν, ἐκ τριῶν λαικαστριῶν. b

XXVI. Hieracis modi.

Τῶν οὖν μεγαλομίσθων ἑταιρῶν ἀποτρέπω σε, γραμματικώτατε· διότι

Τὰς μὲν (γὰρ)[5] ἄλλας ἐστὶν αὐλούσας ἰδεῖν
αὐλητρίδας πάσας Ἀπόλλωνος νόμον,

1 Absunt duo verba edd. & ms. *A*. 2 Inseruntur ista verba in ms. *A*. In edd. scribitur ἀνεῤῥίπισε τὸ κατὰ Μεγαρέων ψήφισμα τὸ δεινόν: quae tenens Iacobs, delenda censet ista superiora, τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον. 3 Μεγαρεῖς edd. 4 κἀντεῦθεν ed. Cas. 5 Abest vox vulgo.

(in Acharnensibus) subindicat, Peloponnesiacum bellum dicens a Pericle ob Aspasiae amorem, & ob subreptas ei a Megarensibus famulas esse suscitatum:

Meretricem Simaetham profecti Megara
adolescentes furantur cottabismo ebrii.
Inde Megarenses dolore & irâ turgidi,
vicissim subripuerunt Aspasiae scorta duo:
& hinc initium prorupit belli
universis Graecis, ab tres meretriculas.

26. Ergo ab iis meretricibus, quae ingentem mercedem exigunt, ut abstineas tibi consulo, vir literatissime: nam

Alias quidem tibicinas videas omnes
aut Apollinis canere modos,

Διὸς νόμον· [1] — — — —
αὗται δὲ μόνον αὐλοῦσιν Ἱέρακος νόμον·

Ἐπικράτης φησὶν ἐν Ἀντιλαΐδι. ἐν ᾧ δράματι καὶ περὶ τῆς πολυθρυλλήτου Λαΐδος τάδε λέγει·

Αὕτη δὲ Λαῒς ἀργός ἐστι καὶ πότις, Lais vetula.
τὸ καθ' ἡμέραν ὁρῶσα πίνειν κἀσθίειν
μόνον, πεπονθέναι δὲ ταὐτά μοι [2] δοκεῖ
c τοῖς ἀετοῖς· [3] οὗτοι γὰρ ὅταν ὦσι νέοι,
ἐκ τῶν ὀρῶν πρόβατ' ἐσθίουσι καὶ λαγὼς,
μετέωρ' ἀναρπάζοντες ἀπὸ τῆς ἰσχύος.
ὅταν δὲ γηράσκωσιν ἤδη, δὴ τότε [4]
ἐπὶ τοὺς νεὼς ἵζουσι πεινῶντες κακῶς·
κἄπειτα τοῦτ' εἶναι νομίζεται τέρας.
Καὶ Λαῒς ὀρθῶς γοῦν νομίζοιτ' ἂν τέρας.
αὕτη γὰρ ὁπότ' ἦν νεοττὸς καὶ νέα,

1 Deest editis istud initium versus tertii cum versu quarto.
2 ταῦτά μοι vulgo. 3 αἰετοῖς corr. Casaub. 4 Vulgo τότε absque δή.

aut Iovis; — — —
hae vero nonnisi Hieracis modos canunt:

ut ait Epicrates in Antilaide. Quo in dramate etiam de famosa illa Laide haec dicit:

Haec illa est Lais, otiosa, merobiba,
nil aliud curans quam quod comedat in diem
bibatque. Eique evênit aquilis quod solet.
Namque eae dum vernant annis in iuvenilibus,
lepores vescuntur atque montivagas oves,
sublime raptas impetu violentiae:
at ubi senectâ attritus interiit vigor,
esurie enectae templûm insidunt vertices;
quod spectio auguralis portentum vocat.
Iure igitur summo Laidem portentum putes:
quae cum floreret membris praeviridantibus,

ὑπὸ τῶν στατήρων ἦν ἀπηγριωμένη·
εἶδες δ' ἂν [1] αὐτῆς Φαρνάβαζον θᾶττον ἄν.
ἐπεὶ δὲ δόλιχον τοῖς ἔτεσιν ἤδη τρέχει, d
τὰς ἁρμονίας τε διαχαλᾷ τοῦ σώματος,
ἰδεῖν μὲν αὐτὴν ῥᾷόν ἐστι καὶ πτύσαι· [2]
ἐξέρχεταί τε πανταχόσ' ἤδη πιομένη,
δέχεται δὲ καὶ στατῆρα καὶ τριώβολον,
προσίεται δὲ καὶ γέροντα καὶ νέον·
οὕτω δὲ τιθασὸς γέγονεν, [3] ὥστ', ὦ φίλτατε, [4]
τ' ἀργύριον ἐκ τῆς χειρὸς ἤδη λαμβάνει.

Μνημονεύει δὲ τῆς Λαΐδος καὶ Ἀναξανδρίδης ἐν Γεροντομανίᾳ, καὶ ἄλλας ἑταίρας αὐτῇ συγκαταλέγει διὰ τούτων·

Α. Τὴν ἐκ Κορίνθου Λαΐδ' οἶσθα; Β. Πῶς γὰρ οὔ; e
τὴν ἡμετέρειον. [5] Α. Ἦν ἐκείνῃ τις Φίλη

1 εἶδες ἂν edd. 2 πτίσαι forf. 3 τιθασσὸς γέγον' edd. 4 φίλτατοι ms. A. 5 τὴν ημεριον Ms. τὴν ἡμέριον edd. τὴν Ἱμεραίαν coni. Caf. Poteras etiam τὰν Ὑκκαραίαν coniectare.

ferociebat nimiâ argenti copiâ:
vidisses ipsum Pharnabazum facilius.
At postquam extrema aetatis curricula attigit,
& se resolvit corporis compactio,
facile illam aspicias atque aspectam despuas.
Quovis locorum ad compotandum cursitat:
nec iam staterem despicit, nec triobolum:
iuvenibus non excusat: admittit senes:
atque adeo mansues facta est, o carissime,
argentum ut ipsa capiat e dantis manu.

Meminit vero Laidis etiam Anaxandrides in Gerontomania, (i. e. in fabulâ *Senum-stultitiâ*;) ubi alia simul scorta recenset, his verbis:

A. *Corinthiam meministi Laidem?* B. *Quidni?*
illam nostratium. A. *Erat ei amica quaedam,*

Ἄνθεια. [1] B. Καὶ τοῦτ' ἡμέτερον ἦν παίγνιον.
A. Νὴ τὸν Δί', ἤνθει τότε Λαγίσκη· ἦν τότε [2]
καὶ Θεολύτη μάλ' εὐπρόσωπος, καὶ καλὴ
ὑπέφαιν' ἐσομένη· ἦν [3] δ' Ὤκιμον λαμπρὸν πάνυ.

Ταῦτά σοι παραινεῖν ἔχω, ἑταῖρε Μυρτίλε. καὶ, κατὰ τὴν Φιλεταίρου Κυνηγίδα, | XXVII. Myrtilum provocat Cynulcus.

Παῦσαι, γέρων ὤν, τοὺς τρόπους. οὐκ οἶσθ', ὅτι
οὐκ ἐστὶν ἥδιστον θανεῖν [4] βινοῦνθ' ἅμα;
ὥσπερ λέγουσιν ἀποθανεῖν Φορμίσιον. [5]

ἢ ἥδιστόν ἐστί σοι, ὡς ἐν Μαραθωνίαις φησὶ Τιμοκλῆς;

Ὅσον τὸ μεταξὺ, [6] μετὰ κορίσκης, ἢ μετὰ
χαμαιτύπης, τὴν νύκτα κοιμᾶσθαι. βαβαί!
ἡ στιφρότης, τὸ χρῶμα, πνεῦμα, δαίμονες!

1 Ἄντεια edd. 2 ἦν δὲ τότε vulgo. Λαχίσκιον· τότε corr. Iac. 3 ἐσομένη. ἦν δ' edd. ἐσομένη δ' absque ἦν Ms. 4 ἀποθανεῖν vulgo: quod tenentes alii, *deletâ negatione* initio versus, legunt ἥδιστόν ἐστιν. 5 Φορμίσιον edd. 6 Θεῶν μεταξὺ ed. Caf. Θεὸν τὸ μεταξὺ ed. Ven. & Baf. cum membr. Ὅσον μεταξὺ corr. Iacobs.

Anthea. B. *Et haec nostra fuit amasia.*
A. *Per Iovem! florebat tunc Lagisca: erat tunc*
& Theolyta egregiâ formâ, & pulcerrima
promittebat fore: erat item Ocymum perquam nitida.

27. Haec te monitum volui, amice Myrtile. Et, quod est apud Philetaerum in Venatrice:

Senex cum sis, pone mores illos. Nonne nosti,
non esse suavissimum, emori coëuntem?
quemadmodum mortuum esse aiunt Phormisium.

Aut est-ne tibi illud suavissimum, quod in Marathoniis Timocles ait?

Quantum interest, cum puella potius, quam cum
prostibulo, noctu concumbere! Papae!
Illa carnis soliditas, color, halitus, boni Dii!

τὸ μὴ σφόδρ' εἶναι πάνθ' ἕτοιμα, δεῖν δ' ἔτι
ἀγωνιάσαι, καὶ ῥαπισθῆναί τε [1] καὶ 5 a
πληγὰς λαβεῖν ἁπαλαῖσι χερσίν· ἡδύ γε,
νὴ τὸν Δία τὸν μέγιστον. — .

Ἔτι πολλὰ τοῦ Κυνούλκου θέλοντος λέγειν, καὶ τοῦ Μάγνου ἐπιῤῥαπίσαι βουληθέντος αὐτὸν εἰς τιμὴν τοῦ Μυρτίλου, φθάσας ὁ Μυρτίλος, διήχθρευε γὰρ τῷ Σύρῳ, ἔφη·

— Οὐχ ὧδ' ἐμόγησαν
ἐλπίδες, ὥστ' ἐχθρῶν συμμαχίας καλέσαι·

φησὶν ὁ Καλλίμαχος. οὐ γὰρ αὐτάρκεις ἡμεῖς ἀμύνασθαι, ὦ Κύνουλκε;

Ὡς σκαιὸς εἶ, καὶ ἄγροικος, αἰσχροεπῶν, — —
ἐπαρίστερ' [2] ἐν τῷ στόματι τὴν γλῶτταν φορεῖς· b

κατὰ τὴν Ἐφίππου Φιλύραν. δοκεῖς γάρ μοι ἐκείνων εἷς εἶναι,

1 ῥαπισθῆναί γε vulgo. 2 ἐπαρίστερος edd.

tum quod non in promtu statim sunt omnia, sed opus est adhuc
decertare, & conviciis peti, atque etiam
verbera accipere mollibus a manibus: suave profecto,
per Iovem maximum! —

Adhuc plura dicturum Cynulcum castigare parabat Magnus, ulciscendi Myrtili gratiâ; cum ipse Myrtilus antevertens (infensus enim Syro erat) ait:

— At non ita extenuata spes nostra est,
inimicum ut in auxilium vocare necesse sit:

verbis Callimachi utor. Nonne enim satis nobis ipsis ad te propulsandum virium est, Cynulce?

Ut rusticus es & stupidus, ut foedum loquens!
nimirum in ore laevam linguam possides.

quod in Philyra Ephippus ait. Videris enim mihi horum unus esse,

— οὓς ἐδίδαξαν ἀριστερὰ γράμματα Μοῦσαι·
ὥς τις ἔφη τῶν παρῳδῶν.

XXVIII. Ambiguitas vocabuli ἑταίρα.

Ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες σύσσιτοι, οὐ κατὰ τὰς Μεταγένους Αὔρας, ἢ τὸν Ἀρισταγόρου Μαμμάκυθον,[1]

— ὑμῖν ὀρχηστρίδας εἶπον ἑταίρας,
ὡραίας πρότερον· νῦν δ' οὐχ ὑμῖν ἀγορεύω
ἄρτι χνοαζούσας αὐλητρίδας, αἵ τε τάχιστα
ἀνδρῶν φορτηγῶν ὑπὸ γούνατα μισθοῦ ἔλυσαν.

c Ἀλλὰ περὶ τῶν ὄντως ἑταιρῶν τὸν λόγον πεποίημαι, τουτέστι [2] τῶν φιλίαν ἄδολον συντηρεῖν δυναμένων· ἃς οὐ Κύνουλκος τολμᾷ λοιδορεῖν, μόνας τε [3] τῶν ἄλλων γυναικῶν τῷ τῆς φιλίας ὀνόματι προσηγορευμένας, ἢ ἀπὸ τῆς παρ' Ἀθηναίοις καλουμένης Ἑταίρας τῆς Ἀφροδίτης. περὶ ἧς φησιν ὁ [4] Ἀθηναῖος Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Περὶ Θεῶν οὕτως· „Ἑταίραν δὲ τὴν Ἀφροδίτην,

Venus Hetaera.

1 Μαμάκουθον edd. 2 Abest vox edd. 3 Forf. μόνας γε.
4 Deest articulus edd.

Quos literas Musae docuere sinistras:
ut dixit aliquis ex Parodis.

28. Ego vero, viri convivae, non, ut est in Metagenis Auris, aut in Aristagorae Mammacytho,

— vobis saltatrices dixi hetaeras
formosas prius; nec nunc vobis loquor
nuper puberes tibicinas, quae citissime
virorum onerariorum ob mercedem genua submiserunt. (sive, *mercede datâ genua debilitarunt.*)

Sed de his verba feci, quae vere *hetaerae* sunt; id est, quae *amicitiam* non dolosam conservare possunt, quas ne Cynulcus quidem maledictis traducere ausit: quae solae prae caeteris mulieribus ab *amicitia* nomen invenerunt, aut ab illa quae apud Athenienses *Hetaera Venus* adpellatur. De qua Apollodorus in libro de Diis ait: »*He-*

τὴν τοὺς ἑταίρους καὶ τὰς ἑταίρας συνάγουσαν· τοῦτο δ' ἐστὶ Φίλας." Καλοῦσι γοῦν [1] καὶ αἱ ἐλεύθεραι γυναῖκες ἔτι καὶ νῦν, καὶ αἱ παρθένοι, τὰς συνήθεις καὶ d Φίλας, ἑταίρας. ὡς ἡ Σαπφώ·

Τάδε νῦν ἑταίραις ταῖς ἐμαῖς τερπνὰ καλῶς ἀείσω.

καὶ ἔτι·

Λατὼ καὶ Νιόβα μάλα μὲν φίλαι ἦσαν ἑταῖραι.

Καλοῦσι δὲ καὶ τὰς μισθαρνούσας, ἑταίρας· καὶ τὸ ἐπὶ συνουσίαις μισθαρνεῖν, ἑταιρεῖν· οὐκ ἔτι πρὸς τὸ ἔτυμον ἀναφέροντες, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὐσχημονέστερον, καθὸ καὶ Μένανδρος, ἐν Παρακαταθήκῃ, ἀπὸ τῶν ἑταιρῶν τοὺς ἑταίρους διαστέλλων, φησί·

Πεποίηκατ' ἔργον οὐχ ἑταίρων, [νὴ Δία· e
μᾶλλον δ' ἑταιρῶν.] [2] Ταὐτὰ δ' ὄντα γράμματα
τὴν προσαγόρευσιν οὐ σφόδρ' εὔσημον ποιεῖ.

1 Fortasse etiam haec cum sequentibus verba sunt Apollodori.
2 Desunt vulgo, quae hic uncis inclusa.

taeran Aphroditen; quae sodales & *hetaeras* coniungit, id est, *amicas.* « Sane etiam nunc & ingenuae matronae & virgines suas familiares & amicas *hetaeras* vocant. Ut (olim) Sappho:

Haec meis hetaeris [i. e. *familiaribus*] *iucunda pulcre canam.*

rursusque alibi:

Latona & Niobe admodum amicae fuerunt hetaerae.

Vocant vero etiam *meritorias mulieres, hetaeras:* & ἑταιρεῖν, *corpore quaestum facere:* non iam originem nominis spectantes, sed honestiorem formam. Quemadmodum etiam Menander, in Deposito, ab *hetaeris mulieribus hetaeros* distinguens, ait:

Quod fecistis, non ἑταίρων (*amicorum*) *est opus,*
sed ἑταιρῶν. (*amicarum, meretricum.*) *Vocum affines literae*
ambiguam faciunt nominis sententiam.
[sive, *nomen efficiunt non admodum honestum.*]

Περὶ δὲ τῶν ἑταιρῶν Ἔφιππος [1] ἐν Ἐμπολῇ τάδε φησίν· XXIX.

Hetaerae blandae, modestae, & vere amicae.

Ἔπειτα γ' εἰσιόντ', ἐὰν λυπούμενος
τύχῃ τις ἡμῶν, ἐκολάκευσεν, ἢ κατε- [2]
φίλησεν, οὐχὶ συμπιέσασα τὸ στόμα,
ὥσπερ πολέμιον, [3] ἀλλὰ τοῖσι στρουθίοις
f χαυνοῦσ' ὁμοίως· ᾖσε, παρεμυθήσατο,
ἐποίησέ θ' ἱλαρὸν, εὐθέως τ' [4] ἀφεῖλε πᾶν
αὐτοῦ τὸ λυποῦν, [5] κἀπέδειξεν ἵλεων.

Εὔβουλος δ' ἐν Καμπυλίωνι, κοσμίαν ἑταίραν παράγων, φησίν·

— Ὡς δ' ἐδείπνει κοσμίως!
οὐχ ὥσπερ ἄλλαι, τῶν πράσων ποιούμεναι
τολύπας, ἔσαττον τὰς γνάθους, καὶ τῶν κρεῶν
a ἀπέβρυκον αἰσχρῶς· ἀλλ' ἑκάστου μικρὸν ἂν

1 Εὔσχημες vulgo h. l. 2 Forf. ἦκα τε, & dein ἐφίλησεν. Alibi ἐκολάκευσεν ἡδέως, & dein ἐφίλησεν. 3 Alibi πολέμιος. Corruptum fortasse utrobique vocabulum. 4 Deest τ' edd. 5 λοιπὸν vulgo h. l.

29. De meretricibus vero Ephippus, in Capturâ, haec ait:

Tum vero intrantem si quem moestitudine
tentatum cernat, eum demulcet molliter,
& osculatur, non os rigidum comprimens
hostilem in morem, sed hians, & passerculos
imitata, oblectat, invenit solatia,
atque his remediis tristitatis nubilum
dispellens hilarem subito ac placidum facit.

Eubulus vero in Campylione, modestam inducens meretricem, dicit:

— Haec vero quantâ coenabat modestiâ!
non itidem ut illae, totis quae porri globis
buccas tumentes farciunt, & turpiter
deglutiunt carnes: modicum sed de singulis

ἀπεγεύεθ', [1] ὥσπερ παρθένος Μιλησία.

Ἀντιφάνης, Ὕδρα· [2]

— Οὗτος δ', ὃν λέγω,
ἐκ γειτόνων αὐτῷ κατοικούσης τινὸς,
ἰδὼν, ἑταίρας εἰς ἔρωτ' ἀφίκετο,
ἀστῆς, ἐρήμου δ' ἐπιτρόπου καὶ συγγενῶν,
ἦθος τι χρυσοῦν πρὸς ἀρετὴν κεκτημένης,
ὄντως ἑταίρας. αἱ μὲν [3] ἄλλαι τοὔνομα
βλάπτουσι τοῖς τρόποισιν, ὄντως ὂν καλόν.

Ἀναξίλας, Νεοττίδι· b

— A. Ἐὰν δέ τις μέτρια λέγουσ' ἀεὶ, [4]
τοῖς δεομένοις τινῶν ὑπουργῇ πρὸς χάριν,
ἐκ τῆς ἑταιρίας ἑταίρα τοὔνομα
προσηγορεύθη. καὶ σὺ νῦν οὐχ, ὡς λέγεις,
πόρνης, ἑταίρας δ' εἰς ἔρωτα τυγχάνεις

1 Mendosus vulgo locus. 2 Rectius fortasse alibi Ὑδρίᾳ.
3 αἱ γὰρ malebam. 4 λέγουσα vulgo, absque ἀεί.

gustabat, instar virginis Milesiae.

Antiphanes, in Hydrâ: [*sive*, in Hydriâ:]

— *Is, quem coepi dicere,*
habitantem eodem mulierem viciniae
simulatque aspexit, venit in amorem illico.
Civis erat, proximitatis tutelaeque egens,
sed mores aureos ad virtutem possidens,
amica vere. Nam pleraeque mulieres
honestum infamant nomen foedis moribus.

Anaxilas, Neottide:

A. *Si qua modestis semper utens sermonibus,*
gratam indigentibus quoque operam praestitit:
amice quod sic ageret, eo Amicae sibi
accepit nomen. Et tu, quantum praedicas,
nunc incidisti in amicae, non meretriculae,

ἐληλυθώς· ἆρ' ὡς ἀληθῶς ἐστι γοῦν
ἁπλῆ τις; Β. Ἀστεῖα μὲν οὖν, νὴ τὸν Δία.

Ὁ δὲ ὑμέτερος [1] φιλοσοφομειρακίσκος [2] τοιοῦτος, οἷον Ἄλεξις ἢ Ἀντιφάνης ἐν Ὕπνῳ παράγει· XXX. Catamiti.

c Διὰ ταῦθ' ὁ πόρνος οὗτος οὐδὲ τῶν πράσων
ἑκάστοτ' ἐπιδειπνεῖ μεθ' ἡμῶν· τοῦτο δ' ἦν,
ἵνα μή τι λυπήσειε τὸν ἐραστὴν φιλῶν.

Καλῶς δὲ περὶ τῶν τοιούτων Ἔφιππος ἐν Σαπφοῖ φησίν·

— Ὅταν γὰρ ὢν νέος [3]
ἀλλότριον ἐσελθὼν [4] ὄψον ἐσθίειν μάθῃ,
ἀσύμβολόν τε χεῖρα προσβάλῃ βορᾷ,
διδόναι νόμιζ' αὐτὸν σὺ [5] τῆς νυκτὸς λόγον.

Τὰ αὐτὰ εἴρηκε καὶ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου.

1 ἡμέτερος edd. 2 σοφὸς φιλομειρακίσκος corr. viri docti. 3 νέος ὢν edd. & ὢν initio verſ. ſq. ponunt. 4 εἰσελθὼν vulgo. ἐλθὼν Grot. 5 αὐτόν σοι vulgo.

amorem. Eſt-ne ergo vere aperta & fraudium
expers? B. *Venuſta certe eſt: ita me Dî iuvent!*

30. Veſter vero adoleſcentulus-philoſophus talis eſt, qualem Alexis ſive Antiphanes in fabulâ Somno inducit:

Eapropter catamitus hic nec porrum
nobiſcum coenat umquam: nempe hoc eſt,
ne amatorem quidquam offendat oſculans.

De quo genere ſcite etiam Ephippus in fabulâ Sappho dixit:

— *Cum quis in florente aetatulâ*
alienum ingreſſus didicit edere obſonium,
& admovere dapibus immunem manum;
hunc arbitrare noctem hoſpiti condicere.

Eadem Aeſchines quoque orator dixit in Oratione contra Timarchum.

XXXI. Περὶ δὲ τῶν ἑταιρῶν καὶ Φιλέταιρος ἐν Κυνηγίδι d

Hetaeridea, festus dies. τάδε φησίν·

Οὐκ ἐτὸς Ἑταίρας ἱερόν ἐστι πανταχοῦ,
ἀλλ' οὐχὶ γαμετῆς οὐδαμοῦ τῆς Ἑλλάδος.

Οἶδα δὲ καὶ ἑορτὴν τὴν Ἑταιρίδεια,[1] ἀγομένην ἐν Μαγνησίᾳ, οὐ διὰ τὰς ἑταίρας, ἀλλὰ δι' ἑτέραν αἰτίαν· ἧς μνημονεύει Ἡγήσανδρος ἐν Ὑπομνήμασι, γράφων ὧδε· „Τὴν τῶν Ἑταιριδείων[2] ἑορτὴν συντελοῦσι Μάγνητες. ἱστοροῦσι δὲ, πρῶτον Ἰάσονα, τὸν Αἴσονος, συναγαγόντα τοὺς Ἀργοναύτας, Ἑταιρείῳ Διῒ θῦσαι, καὶ τὴν ἑορτὴν Ἑταιρίδεια προσαγορεῦσαι. θύουσι δὲ καὶ οἱ Μακεδόνων βασιλεῖς τὰ Ἑταιρίδεια." e Πόρνης δὲ Ἀφροδίτης ἱερόν ἐστι παρὰ Ἀβυδηνοῖς, ὥς φησι Πάμφιλος· „Κατεχομένης γὰρ τῆς πόλεως δουλείᾳ, τοὺς φρουροὺς τοὺς ἐν αὐτῇ ποτε θύ-

Veneris Meretricis templum.

1 Ἑταιρείδεια ms. *Ep.* rectius fortasse. 2 ἑταιρίδων h. l. ed. Ven. & Bas. cum ms. *A*. Ἑταιριδίων ed. Cas. 1. & 2.

31. De *hetaeris* vero etiam Philetaerus in Venatrice haec ait:

Non frustra Amicae (Ἑταίρας) *templum passim cernimus;*
at templum Uxoris nusquam in totâ Graeciâ est.

Memini vero etiam festos quosdam dies celebrari Magnesiae, quos *Hetaeridea* (sive *Hetaeridia*) vocant, non ab hetaeris meretricibus, sed aliam ob caussam; quam exponit Hegesander in Commentariis, ita scribens: »*Hetaeridia* festa celebrant Magnetes. Narrant autem, primum Iasonem, Aesonis filium, collectis Argonautis, *Iovi Hetaerео* (id est, *Sodalitio*, vel *Amicitiae praesidi*) sacra fecisse, illumque festum diem *Hetaeridia* nominasse. Celebrant vero etiam Macedoniae reges Hetaeridia.« *Meretricis* vero *Veneris* templum est apud Abydenos, ut Pamphilus ait. »Cum enim servitute, inquit, premeretur Abydus, custodes urbis aliquando (ut narrat Clean-

σαντας,[1] ὡς ἱστορεῖ Κλεάνθης ἐν τοῖς Μυθικοῖς, καὶ μεθυσθέντας, ἑταίρας πλείονας προσλαβεῖν· ὧν μίαν, κατακοιμηθέντας αὐτοὺς ἰδοῦσαν, ἀνελομένην τὰς κλεῖς, καὶ τὸ τεῖχος ὑπερβᾶσαν, ἀπαγγεῖλαι τοῖς Ἀβυδη-
f νοῖς. τοὺς δ' αὐτίκα μεθ' ὅπλων ἀφικομένους, ἀνελεῖν μὲν τοὺς φύλακας, κρατήσαντας δὲ τῶν τειχῶν, καὶ γενομένους ἐγκρατεῖς τῆς ἐλευθερίας, χαριστήρια τῇ πόρνῃ ἀποδιδόντας, Ἀφροδίτης Πόρνης ναὸν ἱδρύσασθαι.“ Ἄλεξις δ' ὁ Σάμιος, ἐν δευτέρῳ Ὥρων[2] Σαμιακῶν· „Τὴν ἐν Σάμῳ Ἀφροδίτην, ἣν οἱ μὲν ἐν Καλάμοις καλοῦσιν, οἱ δὲ ἐν Ἕλει, Ἀττικαὶ[3] (φησὶν) ἑταῖραι ἱδρύσαντο αἱ συνακολουθήσασαι Περικλεῖ, ὅτε ἐπολιόρκει τὴν Σάμον, ἐργασάμεναι ἱκανῶς ἀπὸ τῆς
a ὥρας.“ Εὐάλκης δὲ ἐν τοῖς Ἐφεσιακοῖς, καὶ ἐν Ἐφέσῳ, φησὶν, ἱερὰ[4] ἱδρύσθαι[5] ἑταίρᾳ Ἀφροδίτῃ. Κλέαρχος δ' ἐν πρώτῳ Ἐρωτικῶν· „Γύγης, φησὶν, ὁ Λυ-

1 θύσαντες vulgo. 2 Ὅρων vulgo. 3 οἱ δὲ ἐν Ἐλειακαῖς edd.
4 ἱερὸν ms. Ep. 5 ἱδρύσασθαι edd.

thes in Mythicis) peracto sacrificio vino madidos, meretrices complures adscivisse. Earum unam, somno sopitos conspicatam, raptis clavibus murum transscendisse, & Abydenis rem renunciasse. Illos igitur protinus advenisse armatos, & occisis custodibus muro potitos, restaurata patriae libertate, gratias ut meretrici redderent, *Veneri Meretrici* templum statuisse. « Alexis vero Samius, libro secundo Annalium Samiacorum, haec scribit: » *Venerem* quae Sami consecrata est, quam alii *in Arundinibus*, alii *in Palude* vocant, dedicarunt meretrices Atticae, quae Periclem secutae, cum Samum oppugnaret, ingentem ex prostituta forma quaestum fecerant. « Eualces vero in Ephesiacis ait, Ephesi quoque templa dedicata [*sive*, templum dedicatum] esse *Hetaerae Aphroditae*. Clearchus primo libro Eroticorum haec scribit: » *Gy-*

Gyges amasiae monumentum erigit.

δῶν βασιλεὺς, οὐ μόνον περὶ ζῶσαν τὴν ἐρωμένην περιβόητος [1] γέγονεν, ἐγχειρίσας [2] αὐτόν τε καὶ τὴν ἀρχὴν ἐκείνῃ πᾶσαν· ἀλλὰ καὶ τελευτησάσης, συναγαγὼν τοὺς ἐκ τῆς χώρας Λυδοὺς πάντας, ἔχωσε μὲν Λυδίας [3] τὸ νῦν ἔτι καλούμενον τῆς ἑταίρας μνῆμα, εἰς ὕψος ἄρας, ὥστε περιοδεύοντος αὐτοῦ τὴν ἐντὸς τοῦ Τμώλου χώραν, οὗ ἂν ἐπιστραφεὶς τύχοι, καθορᾷν b τὸ μνῆμα, καὶ πᾶσι τοῖς τὴν Λυδίαν οἰκοῦσιν ἄποπτον [4] εἶναι.“ Δημοσθένης δ᾽ ὁ ῥήτωρ, ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας λόγῳ, εἰ γνήσιος, ὃν Ἀπολλόδωρος εἴρηκε, φησί· „Τὰς μὲν ἑταίρας ἡδονῆς ἕνεκα ἔχομεν, τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ᾽ ἡμέραν παλλακείας, [5] τὰς δὲ γυναῖκας τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως, καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιστὴν ἔχειν.“

Meretrix: concubina: uxor.

XXXII. Καταλέξω δέ σοι, Κύνουλκε, Ἰωνικήν τινα ῥῆσιν,

1 Suspectum vocab. ni interciderunt nonnulla. 2 ἐγχειρήσας edd. 3 Ignorat Epit. duas voces μὲν Λυδίας, sub quibus fortasse unum nomen proprium latet. 4 ἔποπτον edd. 5 θεραπείας τοῦ σώματος apud Demosth.

ges, Lydorum rex, non modo dum viveret amasia, miro illius amore tenebatur, cui & sese & universum regnum tradiderat: sed & cum e vivis illa discessisset, congregatis omnibus Lydiae incolis tumulum ei exstruxit, qui ad hunc diem *Hetaerae Lydiae monumentum* adpellatur, eâ altitudine, ut, quemcumque tractum terrae intra Tmolum peragraret, quocumque se verteret, monumentum illud in oculis haberet, essetque illud in conspectu omnium Lydiam incolentium.« *Demosthenes* vero orator, in Oratione contra Neaeram, si germana est, quam Apollodorus dixit, ait: *Hetaeras* (Meretrices) *habemus, voluptatis caussâ: pellices vero, quotidiani concubinatus: uxores, procreandorum legitimorum liberorum caussâ, & quae fideli custodiâ rem domesticam tueantur.*

32. Commemorabo vero tibi, Cynulce, Ionicum quem-

ἐκτείνας κατὰ τὸν Αἰσχύλον, [1] περὶ ἑταιρῶν· ἀρξάμε-
c νος ἀπὸ τῆς καλῆς Κορίνθου, ἐπειδή μοι τὴν αὐτόθι σο-
φιστείαν ὠνείδισας. Νόμιμόν ἐστιν ἀρχαῖον ἐν Κορίν-
θῳ, ὡς καὶ Χαμαιλέων ὁ Ἡρακλεώτης ἱστορεῖ ἐν τῷ
Περὶ Πινδάρου, ὅταν ἡ πόλις εὔχηται περὶ μεγάλων
τῇ Ἀφροδίτῃ, συμπαραλαμβάνεσθαι πρὸς τὴν ἱκε-
τείαν τὰς ἑταίρας ὡς πλείστας, καὶ ταύτας προσεύ-
χεσθαι τῇ θεῷ, καὶ ὕστερον ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς παρεῖναι.
Καὶ ὅτε δὴ [2] ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν στρατείαν ἦγεν ὁ
Πέρσης, ὡς καὶ Θεόπομπος ἱστορεῖ, καὶ Τίμαιος ἐν
d τῇ ἑβδόμῃ, αἱ Κορίνθιαι ἑταῖραι εὔξαντο [3] ὑπὲρ τῆς
τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας, εἰς τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐλθοῦ-
σαι νεών. διὸ καὶ Σιμωνίδης, ἀναθέντων τῶν Κορινθίων
πίνακα τῇ θεῷ, τὸν ἔτι καὶ νῦν διαμένοντα, καὶ τὰς
ἑταίρας ἰδίᾳ γραψάντων τὰς τότε ποιησαμένας τὴν

Corinthiae meretrices sacris adhibentur.

Simonidis epigramma.

1. Αἰσχύλου vulgo: quod si verum est, excidit nomen. 2. Abest δὴ edd. 3. ηὔξαντο edd.

dam sermonem, *in longum admodum extendens*, ut aït Aeschylus, de Meretricibus: initiumque capiam a pulcra Corintho, quoniam mihi exprobrasti quod literas ibi docuerim. Vetus institutum est Corinthi, (ut Chamaeleon docet in libro De Pindaro) ut, si quando de re quadam maioris momenti Veneri supplicat civitas, meretrices etiam quam plurimae ad illam supplicationem adhibeantur, utque hae simul Deam precentur & vota faciant, ac deinde sacris etiam intersint. Itaque etiam quo tempore Graeciam cum exercitu invasit Persa, ut & Theopompus narrat, & Timaeus septimo libro, Corinthiae meretrices pro salute Graecorum vota fecerunt, in Veneris templum convenientes. Quare etiam Simonides, cum tabulam Deae dedicassent Corinthiae, quae etiam nunc superest, in qua sigillatim etiam pictae sunt meretrices, quae tunc in supplicationis partem vene-

ἱκετείαν, καὶ ὕστερον παρούσας, συνέθηκε τόδε τὸ ἐπίγραμμα·

Αἵδ' ὑπὲρ Ἑλλάνων [1] τε καὶ εὐθυμάχων [2] πολιτᾶν
ἕσταθεν εὔχεσθαι Κύπριδι δαιμονίᾳ.
οὐ γὰρ τοξοφόροισιν ἐμήσατο [3] δῖ' Ἀφροδίτα e
Πέρσαις [4] Ἑλλάνων ἀκρόπολιν προδόμεν.

Καὶ οἱ ἰδιῶται δὲ κατεύχονται τῇ θεῷ, τελεσθέντων περὶ ὧν ἂν ποιῶνται τὴν δέησιν, ἀπάξειν αὐτῇ τακτὰς ἑταίρας. [5]

Pindari Oda & Scolion.

XXXIII. Ὑπάρχοντος οὖν τοῦ τοιούτου νομίμου περὶ τὴν θεὸν, Ξενοφῶν ὁ Κορίνθιος, ἐξιὼν εἰς Ὀλυμπίαν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, καὶ αὐτὸς ἀπάξειν [6] ἑταίρας εὔξατο τῇ θεῷ νικήσας. Πίνδαρός τε τὸ μὲν πρῶτον ἔγραψεν εἰς f
αὐτὸν ἐγκώμιον, οὗ ἡ ἀρχή

1 Ἑλλήνων vulgo h. l. 2 ἰθυμάχων apud Plut. 3 ἐμήδετο apud eundem. 4 Rectius alii Μήδοις. 5 καὶ τὰς ἑταίρας ms. *A.* καὶ ταῖς ἑταίραις ms. *Epit.* τακτὰς vero ignorat uterque. 6 ἀπάξειν ν'. ἑταίρας coniectabam.

rant, & deinde ſacris interfuerant, hocce Epigramma compoſuit:

Hae pro Graecis fortibusque civibus
ſteterant, Divam precantes Cyprin.
Nec enim ſagittariis alma Aphrodite voluit
Perſis Graecorum arcem prodere.

Sed & privati ſubinde vovent Deae, ſi voti compotes fuerint facti, certum aliquem meretricum numerum ei adducturos.

33. Tale igitur inſtitutum quum reſpectu illius Deae obtineret, Xenophon etiam Corinthius, quum Olympiam ad certamen proficiſceretur, votum fecit, ſi victoriam eſſet reportaturus, ſe [quinquaginta] meretrices Deae oblaturum. In quem Pindarus primum quidem ſcripſit encomium, quod ab illis verbis incipit,

„Τρισολυμπιονίκαν ἐπαινέων οἶκον."
ὕστερον δὲ καὶ σκολιὸν, τὸ παρὰ τὴν θυσίαν ᾀσθέν· ἐν ᾧ τὴν ἀρχὴν εὐθέως πεποίηται πρὸς τὰς ἑταίρας, αἳ παραγενομένου τοῦ Ξενοφῶντος καὶ θύοντος τῇ Ἀφροδίτῃ συνέθυσαν. διόπερ ἔφη·

Ὦ Κύπρου δέσποινα,
τεὸν δεῦτε ἐς ἄλσος
a Φορβάδων κορᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον
Ξενοφῶν τελείαις ἐπήγαγ' εὐχωλαῖς ἰανθείς.'

ἤρξατο δ' οὕτως τοῦ μέλους·[1]

Πολύξεναι[2] νεάνιδες, ἀμφίπολοι
Πειθοῦς[3] ἐν ἀφνειῷ Κορίνθῳ,
διά τε τὰς χεῖρας[4] λιβάνου ξανθὰ δάκρυά τε
ἡμῶν πολλάκις ματέρας[5] ἐρώτων
οὐρανίαν ἱπτάμεναι νοήματι,[6]

1 τέλους vulgo. 2 Πολύξενοι scribit Schneid. 3 πιθοῦσ' vulgo. 4 Corrupti loci nulla nobis occurrebat medicina. 5 ἐς ματέρα suspicabar. 6 Rectius fuerit νοάματι.

Ter-Olympiae-victricem laudans domum:
deinde vero etiam *scolion* carmen composuit, quod in sacrificii festivitate decantatum est: in cuius exordio statim compellavit meretrices, quae cum rediisset Xenophon, sacrificio illius Veneri oblato interfuerunt. Itaque ait:

O Cypri domina,
tuum, agite, in lucum
alumnarum puellarum gregem centipedem
Xenophon adduxit, completis votis laetus.

Carminis autem hoc fecerat initium:

Hospitales iuvenculae, comites
Suadelae, in opulenta Corintho:
cum flavis thuris lacrymis
saepe ad matrem amorum
coelestem volantes animo,

ποττὰν Ἀφροδίταν ὑμῖν [1] ἄνωθεν ἀπαγορίας
ἔπορεν, [2] ὦ παῖδες,
ἐρατειναῖς εὐναῖς μαλθακώρας [3]
ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι,
σὺν δὲ ἀνάγκα [4] πάγκαλον.

Ἀρξάμενος θ' οὕτως, ἑξῆς φησίν·

Ἀλλὰ θαυμάζω τί με λεξοῦντι [5] b
ὁμοῦ δεσπόται, τοιάνδε [6]
μελίφρονος ἀρχὰν εὑράμενον σκολιοῦ
ξυνάορον ξυναῖς γυναιξί.

δῆλον γὰρ ὅτι πρὸς τὰς ἑταίρας διαλεγόμενος, ἠγωνίασε ποῖόν τι φανήσεται τοῖς Κορινθίοις τὸ πρᾶγμα. πιστεύων δὲ, ὡς ἔοικεν, αὐτὸς αὑτῷ, πεποίηκεν εὐθέως·

Ἐδιδάξαμεν χρυσὸν κιθάρᾳ [7] βασάνῳ.

1 ἁμῖν vel ἀμῖν coniectabam, & dein παραγορίας. 2 Forſ. ἔπορετ', ὦ παῖδες. 3 μαλθακωτέρας ed. Caſ. 2. & 3. μαλθακὸν ὥρας coniectabam cum Schneid. 4 ἀνάγκας edd. 5 λέξαντι edd. 6 τοιόνδε vulgo. 7 καθαρᾷ corrigunt viri docti.

ad Aphroditen, nobis deſuper ſolamenta
adfertis, o puellae,
amabilibus in lectis mollem pulcritudinis
fructum decerpere,
tam neceſſarium, quam pulcerrimum.

Poſtquam vero ſic coepit, deinde ait:

At miror, de me quid ſimul dicturi
ſint domini, tale cum invenerim
melliflui carminis exordium,
publicarum mulierum ſodalis.

Perſpicuum eſt, poëtam, cum meretrices compellare coepiſſet, veritum eſſe quid ea de re ſenſuri eſſent Corinthii. Verumtamen ſibi, ut videtur, ipſe confiſus, ſtatim hunc verſum ſubiicit:

Docuimus aurum citharâ probatum.

Ὅτι δὲ καὶ Ἀφροδίσια ἴδια ἄγουσιν αὐτόθι αἱ ἑταῖραι, Ἄλεξις ἐν Φιλούσῃ φησίν·

Ἀφροδίσι' ἦγε ταῖς ἑταίραις ἡ πόλις,
c ἕτερα δὲ χωρίς ἐστι ταῖς ἐλευθέραις.
Ταῖς ἡμέραις ταύταις δὲ κωμάζειν ἔθος
ἐστὶν νόμος τε τὰς ἑταίρας ἐνθάδε
μεθ' ἡμῶν.

Ἐν δὲ Λακεδαίμονι, ὥς φησι Πολέμων ὁ Περιηγητὴς ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι Ἀναθημάτων, εἰκών ἐστι τῆς διαβοήτου ἑταίρας Κοττίνας, ἥν φησι καὶ βοῦν ἀναθεῖναι χαλκῆν, γράφων οὕτως· „Καὶ τὸ Κοττίνας δὲ τῆς ἑταίρας εἰκόνιον, ἧς διὰ τὴν ἐπιφά- XXXIV. Famosa meretrix Spartana.
d νειαν οἴκημά τι λέγεται καὶ νῦν, ἐγγυτάτω τῆς Κολώνης ἵνα τὸ Διονύσιόν ἐστιν, ἐπιφανὲς καὶ πολλοῖς ἐγνωσμένον τῶν ἐν τῇ πόλει. ἀνάθημα δ' αὐτῆς ἐστιν

Propria vero etiam Aphrodisia Corinthi celebrasse meretrices, docet Alexis, in Amante-foeminâ, ubi ait:

Aphrodisia tunc meretricibus celebrabat civitas:
diversum id festum est ab eo quod agunt ingenuae.
Per illos autem dies mos & ius est,
ut comissentur meretrices hic
nobiscum.

34. Lacedaemone vero, ut ait Polemo Periegetes in libro De Donariis quae Lacedaemone conspiciuntur, imago est famosae meretricis *Cottinae*, a qua etiam bovem aeneam dedicatam esse ait. Verba Polemonis haec sunt: »Atque etiam Cottinae meretricis imaguncula; cuius ob celebritatem ad hunc usque diem ganea quaedam ab eàdem nomen habet, proxima Colonae ubi Bacchi templum est, insignis illa & multis Spartam incolentibus satis cognita. Est autem donarium illius super Chal-

ὑπὲρ τὸ τῆς Χαλκιοίκου, βοΐδιόν τι χαλκοῦν, καὶ [1] τὸ
Alcibiades. προειρημένον εἰκόνιον." Ἀλκιβιάδης δ' [2] ὁ καλὸς, ἐφ'
οὗ τις τῶν κωμικῶν ἔφη,

Ἀλκιβιάδην τὸν ἁβρὸν, [2] ὦ γῆ καὶ θεοὶ,
ἐν ᾗ Λακεδαίμων μοιχὸν ἐπιθυμεῖ λαβεῖν·

ὑπὸ τῆς Ἄγιδος ἀγαπώμενος γυναικὸς, ἐπὶ τὰς τῶν
ἑταιρίδων θύρας ἐκώμαζεν, ἀπολιπὼν τὰς Λακαίνας e
καὶ τὰς Ἀττικάς. Μεδοντίδος [3] γοῦν τῆς Ἀβυδηνῆς ἐξ
ἀκοῆς ἐρασθεὶς ἔστερξε, καὶ πλεύσας εἰς Ἑλλήσποντον
σὺν Ἀξιόχῳ, ὃς ἦν αὐτοῦ τῆς ὥρας ἐραστὴς, ὥς
φησι Λυσίας ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατ' αὐτοῦ λόγῳ, καὶ
ταύτης ἐκοινώνησεν αὐτῷ. καὶ ἑτέρας δὲ δύο ἑταίρας
ἐπήγετο ἀεὶ ὁ Ἀλκιβιάδης, Δαμασάνδραν τῆς Λαΐδος
τῆς νεωτέρας μητέρα, καὶ Θεοδότην· ὑφ' ἧς καὶ
ἀποθανὼν ἐκηδεύθη ἐν Μελίσσῃ κώμῃ τῆς Φρυγίας,
ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ Φαρναβάζου. εἴδομεν δὲ καὶ ἡμεῖς f

1 Deest καὶ edd. 2 καλὸν edd. 3 Forf. Μεδοντιάδος.

cioecae Minervae, bucula aurea, & praedicta imaguncula. « Pulcer vero *Alcibiades*, in quem Comicorum aliquis dixit,

Alcibiadem delicatum illum, proh Tellus & Dii,
quem moechum Sparta deprehendere cupit:

ab Agidis uxore amatus, ad meretricum fores comissatum abiit, relictis & Lacaenis & Atticis mulieribus. Medontidis quidem [*sive*, Medontiadis] Abydenae amore de auditu captus, charam eam habuit: & in Hellespontum profectus cum Axiocho, qui pulcritudinis ipsius amator erat, ut ait Lysias in Oratione adversus eum habitâ, huius etiam illum participem fecit. Sed & alias duas meretrices constanter secum duxit Alcibiades, Damasandram, iunioris Laidis matrem, & Theodotam; a qua etiam post mortem sepultus est Melissae, Phrygiae vico, insidiis Pharnabazi oppressus. Et vidimus nos mo-

τὸ ἐν Μελίσσῃ τοῦ Ἀλκιβιάδου μνῆμα, ἐκ Συνάδων [1] εἰς Μητρόπολιν ἀφικνούμενοι· ἐν ᾧ κατ' ἔτος θύεται βοῦς, διακελευσαμένου τοῦτο τοῦ πάντα ἀρίστου Ἀδριανοῦ βασιλέως· ὃς καὶ ἀνέστησεν ἐπὶ τῷ μνήματι Παρίου λίθου εἰκόνα τὸν Ἀλκιβιάδην.

a Οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν εἰ ἐξ ἀκοῆς τινες ἐρασθησάν τινων, ὁπότε Χάρης ὁ Μιτυληναῖος ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Ἱστοριῶν τῶν περὶ Ἀλέξανδρον [2] φησὶν, ὀνείρατι θεασαμένους τινὰς οὓς μὴ πρότερον εἶδον, ἐρασθῆναι αὐτῶν· γράφει δὲ οὕτως· „Ὑστάσπῃ νεώτερος ἦν ἀδελφὸς Ζαριάδρης, [ἄμφω καλοί·] [3] περὶ ὧν λέγουσιν οἱ ἐπιχώριοι, ὅτι ἐξ Ἀφροδίτης καὶ Ἀδώνιδος ἐγεννήθησαν. ἐκυρίευσε δὲ ὁ μὲν Ὑστάσπης Μηδίας, καὶ τῆς ὑποκάτω χώρας· ὁ δὲ Ζαριάδρης τῶν ὑπεράνω Κα-

XXXV. Zariadres & Odatis ſeſe amant ex ſpecie per ſomnum oblata.

1 Rectius fuerit Συννάδων. 2 περὶ Ἀλεξάνδρου ed. Caſ. 3 Ignorat duas voces ms. A.

numentum Alcibiadi Meliſſae poſitum, cum Synadis Metropolin proficiſceremur; ad quod monumentum quotannis bos ſacrificatur, iuſſu optimi Imperatoris Hadriani, qui etiam ſuper ipſo tumulo ſtatuam Alcibiadis e Pario marmore poni iuſſit.

35. Nec vero mirari oportet ſi qui de auditu in amorem quarumdam inciderunt; quandoquidem Chares Mitylenaeus decimo libro Hiſtoriarum De Rebus Alexandri narrat, fuiſſe etiam qui in amorem inciderint eorum quos nonniſi per ſomnum vidiſſent, numquam autem oculis conſpectos. Scribit autem ita: »Hyſtaſpi frater erat natu minor *Zariadres:* ambo formoſi erant, quos perhibent indigenae ex Venere & Adonide natos eſſe. Dominus autem erat Hyſtaſpes Mediae & ſubiectae regionis; Zariadres vero eorum tractuum qui ſunt ſupra Caſpias Portas [*ſive*, tractuum Caſpiis Portis ſub-

„σπίων [1] πυλῶν μέχρι τοῦ Τανάϊδος. Τῶν δὲ ἐπέκεινα b
τοῦ Τανάϊδος Ὁμάρτῃ βασιλεῖ Μαραθῶν [2] θυγάτηρ ἦν, ὄνομα Ὀδάτις· περὶ ἧς ἐν ταῖς ἱστορίαις γέγραπται, ὡς ἄρα [3] κατὰ τὸν ὕπνον ἰδοῦσα τὸν Ζαριάδρην ἐρασθείη, τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο κἀκείνῳ πάθος συμπεσεῖν πρὸς αὐτήν. διετέλουν γοῦν ἀλλήλων ἐπιθυμοῦντες διὰ τὴν κατὰ τὸν ὕπνον φαντασίαν. ἦν δὲ ἡ Ὀδάτις καλλίστη τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν γυναικῶν, καὶ ὁ Ζαριάδρης δὲ ἦν καλός. Πέμποντος οὖν τοῦ Ζαριάδρου πρὸς τὸν Ὁμάρτην, καὶ φιλοτιμουμένου γῆμαι τὴν c
ἄνθρωπον, οὐ συνετίθετο ὁ Ὁμάρτης, διὰ τὸ εἶναι ἀῤῥένων παίδων ἔρημος· ἤθελε γὰρ αὐτὴν δοῦναι ἑνὶ τῶν περὶ αὐτὸν οἰκείων. Καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ὁ Ὁμάρτης συναγαγὼν τοὺς ἐκ τῆς βασιλείας δυνάστας καὶ φίλους καὶ συγγενεῖς, ἐποιεῖτο τοὺς γάμους, οὐ προειπὼν ὅτῳ μέλλοι διδόναι τὴν θυγατέρα. ἀκμαζούσης

1 τῶν ὑποκάτω Κασπ. ms. *Ep.* 2 Μαιωτῶν aut Σαρματῶν coni. Holst. 3 ὡς καὶ ἄρα edd.

„iectorum] usque ad Tanaim. Fuit autem Marathorum regi Omartae trans Tanaim filia, nomine *Odatis*: de qua scriptum est in Historiis, ex oblata ipsi per somnum specie *Zariadris*, amore illius fuisse captam, atque idem prorsus accidisse Zariadri respectu Odatis. Ex illa igitur specie per somnum oblata mutuo desiderio ambo constanter ducebantur. Erat autem *Odatis* pulcerrima omnium Asiae foeminarum: & *Zariadres* quoque formosus sane erat. Qui cum ab Omarte per legatos impense operoseque petiisset, ut illam sibi daret uxorem, non consensit ille; quia mascula prole carens, alicui e suis familiaribus aut cognatis collocatam illam cupiebat. Igitur haud multo post convocatis ex omni regno suo dynastis & amicis & cognatis, convivium nuptiale instituit, non praedicens cui eam vellet in matrimonium collocare.

„οὖν τῆς μέθης, εἰσκαλέσας τὴν Ὀδάτιν ὁ πατὴρ εἰς τὸ συμπόσιον, εἶπεν ἀκουόντων τῶν συνδείπνων· „Ἡμεῖς, ὦ θύγατερ Ὀδάτι, [1] νῦν ποιούμεθα τοὺς σοὺς γάμους.
d περιβλέψασα οὖν καὶ θεωρήσασα πάντας, λαβοῦσα χρυσῆν φιάλην καὶ πληρώσασα δὸς ᾧ θέλεις γαμηθῆναι· τούτου γὰρ κεκλήσῃ γυνή." Κἀκείνη περιβλέψασα πάντας, ἀπῄει δακρύουσα, ποθοῦσα τὸν Ζαμάδρην ἰδεῖν· ἐπεστάλκει γὰρ αὐτῷ, ὅτι μέλλουσιν οἱ γάμοι συντελεῖσθαι. Ὁ δὲ, στρατοπεδεύων ἐπὶ τοῦ Ταναΐδος, καὶ διαλαθὼν τὴν στρατοπεδείαν διέβη μετὰ μόνου τοῦ ἁρματηλάτου, καὶ νυκτὸς ὁρμήσας ἐπὶ τοῦ ἅρματος διῆλθε διὰ τῆς πόλεως, διώξας περὶ τοὺς
e ὀκτακοσίους σταδίους. πλησίον δὲ τῆς κώμης γενόμενος ἐν ᾗ τοὺς γάμους συνετέλουν, καὶ καταλιπὼν ἔν τινι τόπῳ αὐτῷ ἅρματι τὸν ἁρματηλάτην, προῆγεν ἐνδεδυκὼς στολὴν Σκυθικήν. καὶ παρελθὼν εἰς τὴν αὐλὴν, καὶ ἰδὼν τὴν Ὀδάτιν ἑστηκυῖαν πρὸ τοῦ κυλι-

1 Ὀδάτις edd.

»Dein quum ferverent pocula, *Odatin* in coenaculum vocatam coram convivis omnibus sic adlocutus est: *Nos, o filia Odati, tuas nunc celebramus nuptias. Igitur circumspice & intuere singulos, ac dein auream capiens phialam infunde vinum, & ei trade cui nubere volueris: illius enim uxor nominaberis.* Et illa, omnes circum intuita, abiit lacrymabunda, desiderans scilicet Zariadren videre: nam per nuncios ipsa ei significaverat, celebratum iri nuptias. Ille vero castra ad Tanaim metatus, clam omnibus qui in castris erant transiecerat flumen uno aurigâ comite, & citato itinere noctu per urbem transvectus est, circiter octingentis stadiis continuo cursu confectis. Cum vero prope vicum venisset in quo celebrabantur nuptiae, relicto in certo quodam loco auriga cum curru, Scythicam stolam indutus perrexit. Tum atrium ingressus, & Odatidem conspicatus

„κείου, [1] καὶ δακρύουσαν, κιρνῶσάν τε βραδέως τὴν Φιάλην, εἶπε πλησίον στὰς παρ' αὐτήν· „Ὦ Ὀδάτι, πάρειμι δή σοι, καθάπερ ἠξίωσας, ἐγὼ Ζαριάδρης.“ ἡ δὲ κατανοήσασα ξένον ἄνδρα καὶ καλὸν, καὶ ὅμοιον τῷ κατὰ τὸν ὕπνον ἑωραμένῳ, περιχαρὴς γενομένη, δίδωσιν αὐτῷ τὴν Φιάλην· καὶ ὃς ἁρπάσας αὐτὴν ἀπήγαγεν ἐπὶ τὸ ἅρμα, καὶ ἔφυγεν ἔχων τὴν Ὀδάτιν. οἱ δὲ παῖδες καὶ αἱ θεράπαιναι, συνειδυῖαι τὸν ἔρωτα, κατεσιώπησαν· καὶ κελεύοντος τοῦ πατρὸς καλεῖν, οὐκ ἔφησαν εἰδέναι ὅπου πεπόρευται. Μνημονεύεται δὲ ὁ ἔρως οὗτος παρὰ τοῖς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦσι βαρβάροις, καὶ περισσῶς ἐστι ζηλωτὸς, καὶ τὸν μῦθον τοῦτον ζωγραφοῦσιν ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς βασιλείοις, [2] ἔτι δὲ ταῖς ἰδιωτικαῖς οἰκίαις· καὶ ταῖς ἑαυτῶν θυγατράσιν οἱ πολλοὶ τῶν δυναστῶν ὄνομα τίθενται Ὀδάτιν.“

XXXVI. Τὸ ὅμοιον ἱστορεῖ γενέσθαι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ a

1 κυλικίου ms. A. 2 καὶ βασιλείοις edd.

»ante abacum ftantem lacrymabundam & cunctanter mifcentem pateram, prope illam confiftens dixit: *Odati! en tibi adfum, quemadmodum mandafti, ego Zariadres.* Illa vero confpecto viro peregrino & formofo, ei fimili quem per fomnum viderat, gaudio elata, pateram ei tradit: & ille raptam *Odatin* ad currum abduxit, & cum ea aufugit. Famuli vero & ancillae, amoris confciae, conticuere: & iubente patre vocari filiam, aiebant *nefcire fe quorfum iviffet.* Celebratur igitur ifte mutuus amor apud barbaros Afiam incolentes, & fingulariter mirantur eum omnes, & fabulam hanc pictam exhibent in templis, in regiis, & privatorum in aedibus: atque etiam plerique dynaftae uni e filiabus fuis nomen imponere confueverunt *Odatin.* «

36. Similem hiftoriam narrat Ariftoteles in Maffilien-

Μασσαλιωτῶν Πολιτείᾳ, γράφων οὕτως· „ Φωκαεῖς οἱ ἐν Ἰωνίᾳ, ἐμπορίᾳ [1] χρώμενοι, ἔκτισαν Μασσαλίαν. Εὔξενος δ' ὁ Φωκαεὺς Νάνῳ [2] τῷ βασιλεῖ, τοῦτο δ' ἦν αὐτῷ ὄνομα, ἦν ξένος. οὗτος ὁ Νάνος ἐπιτελῶν γάμους τῆς θυγατρὸς, κατὰ τύχην παραγενόμενον τὸν Εὔξενον παρακέκληκεν ἐπὶ τὴν θοίνην. Ὁ δὲ γάμος ἐγίγνετο [3] τόνδε τὸν τρόπον. ἔδει μετὰ τὸ δεῖπνον εἰσελθοῦσαν τὴν παῖδα, [4] φιάλην κεκερασμένην [5] ᾧ Massilienses nuptiae.

b βούλοιτο δοῦναι τῶν παρόντων μνηστήρων· ᾧ δὲ δοίη, τοῦτον εἶναι νυμφίον. [6] ἡ δὲ παῖς εἰσελθοῦσα δίδωσιν, εἴτε ἀπὸ τύχης, εἴτε καὶ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν, τῷ Εὐξένῳ· ὄνομα δὲ ἦν παιδὶ Πέττα. τούτου δὲ συμπεσόντος, καὶ τοῦ πατρὸς ἀξιοῦντος (ὡς κατὰ θεὸν γενομένης τῆς δόσεως) ἔχειν αὐτὴν, ἔλαβεν ὁ Εὔξενος γυναῖκα, καὶ συνῴκει, μεταθέμενος τοὔνομα Ἀριστοξένην. καὶ ἔστι γένος ἐν Μασσαλίᾳ ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου

1 ἐμπορείᾳ Ms. 2 Νάννῳ ms. *Ep.* 3 ἐγίνετο edd. 4 Temere μὲν παῖδα ed. Cas. 5 κεκραμένην edd. 6 εἶναι νῦν Ms. & caret νυμφίον.

sium Republicâ, ita scribens: » Phocaeenses Ioniae, mercaturam facientes, Massiliam condidere. Euxenus autem Phocaeensis hospitio utebatur *Nani*: nomen id regi erat. Hic Nanus cum nuptias celebraret filiae suae, *Euxenum*, qui tunc forte Massiliam advenerat, ad epulum vocavit. Agebantur autem nuptiae tali modo. Post coenam oportebat virginem in coenaculum intrare, & vini pateram cui vellet ex praesentibus procis tradere: cui autem tradidisset, is sponsus erat. Ingressa igitur virgo, pateram sive casu, sive alia de caussa, tradidit Euxeno: nomen virgini *Petta* erat. Ita cum accidisset, pater, ratus volente Deo huic pateram esse traditam, aequum censuit, ut Euxeno collocaretur filia: isque eam duxit uxorem, & mutato nomine *Aristoxenam* adpellavit. Et superest ad hunc diem Massiliae familia ab eâdem ori-

μέχρι νῦν Πρωτιάδαι καλούμενον· Πρῶτις γὰρ ἐγένετο υἱὸς Εὐξένου καὶ τῆς [1] Ἀριστοξένης."

XXXVII. Themistocles, filius meretricis.

. Θεμιστοκλῆς τε,[2] ὥς φησιν Ἰδομενεὺς, οὐχ ἅρμα ζευξάμενος ἑταιρῶν πληθούσης ἀγορᾶς εἰσήλασεν εἰς τὸ ἄστυ; ἦσαν δὲ αὗται Λαμία καὶ Σκιώνη καὶ Σατύρα καὶ Νάννιον. οὐ καὶ αὐτὸς Θεμιστοκλῆς ἐξ ἑταίρας ἦν γεγεννημένος, ὄνομα Ἀβροτόνου; ὡς Ἀμφικράτης [3] ἱστορεῖ ἐν τῷ Περὶ Ἐνδόξων Ἀνδρῶν συγγράμματι. c

> Ἀβρότονον Θρῇσσα γυνὴ γένος· [4] ἀλλὰ τεκέσθαι
> τὸν μέγαν Ἕλλησιν φασὶ [5] Θεμιστοκλέα.

Νεάνθης δ' ὁ Κυζικηνὸς, ἐν τῇ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ τῶν Ἑλληνικῶν Ἱστοριῶν, Εὐτέρπης αὐτὸν εἶναί φησιν υἱόν. d

Cyri iunioris concubinae.

Κῦρος δὲ ὁ ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν ἐπιστρατεύσας, οὐχὶ ἑταίραν οὖσαν τὴν Φωκαΐδα, τὴν σοφωτάτην καὶ [6] καλ-

1 Deest artic. edd. 2 Θεμιστοκλῆς δὲ utique legendum videtur. 3 Ἀμφικτύων ms. *Ep.* 4 Rectius πέλει Anthol. 5 φημὶ Plut. & Anthol. 6 Deest καὶ Ms. & ed. Ven. & Bas.

ginem ducens, qui *Protiadae* nominantur: fuit enim Protis filius Euxeni & huius Aristoxenae. «

37. *Themistocles* vero, ut ait Idomeneus, nonne iunctis quadrigis meretricum pleno foro in urbem invectus est? Erant autem illae Lamia & Scione & Satyra & Nannium. Nonne & ipse Themistocles ex meretrice natus erat, cui nomen Abrotonum? ut tradit Amphicrates in libro De Viris Illustribus.

> *Abrotonum Thressa mulier genere; sed peperisse*
> *magnum Graecis aiunt Themistoclem.*

Neanthes vero Cyzicenus, tertio & quarto libro Historiarum Graecarum, Euterpes filium fuisse ait. *Cyrus* vero, is qui adversus fratrem expeditionem suscepit, nonne meretricem Phocaeensem illam, quae & sapien-

λίστην γενομένην, [1] εἶχε συστρατευομένην; ἣν Ζηνοφάνης [2] φησὶ πρότερον Μιλτὼ καλουμένην, Ἀσπασίαν μετονομασθῆναι. συνηκολούθει δὲ αὐτῷ καὶ ἡ Μιλησία παλλακίς. Ὁ δὲ μέγας Ἀλέξανδρος οὐ Θαΐδα εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ τὴν Ἀττικὴν ἑταίραν; περὶ ἧς φη-

e σι Κλείταρχος ὡς αἰτίας γενομένης τοῦ ἐμπρησθῆναι τὰ ἐν Περσεπόλει βασίλεια. αὕτη δὲ ἡ Θαῒς καὶ μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον, καὶ Πτολεμαίῳ ἐγαμήθη τῷ πρώτῳ βασιλεύσαντι Αἰγύπτου, καὶ ἐγέννησεν αὐτῷ τέκνον Λεοντίσκον καὶ Λάγον, θυγατέρα δὲ Εἰρήνην, ἣν ἔγημεν Εὔνοστος, ὁ Σόλων τῶν ἐν Κύπρῳ βασιλεύς. Καὶ ὁ δεύτερος δὲ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς, Φιλάδελφος δ' ἐπίκλην, ὡς ἱστορεῖ ὁ Εὐεργέτης Πτολεμαῖος ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Ὑπομνημάτων, πλείστας ἔσχεν ἐρωμένας· Διδύμην μὲν, μίαν τῶν ἐπιχω-

f ρίων γυναικῶν, μάλ' εὐπρεπεστάτην τὴν ὄψιν, καὶ Βιλιστίχην· ἔτι δὲ Ἀγαθόκλειαν· καὶ Στρατονίκην, ἧς

Thais, concubina Alexandri.

Ptolemaeus Philadelphus pluribus uſus concubinis.

1 Forſ. λεγομένην. 2 An Ξενοφάνης? An Ξενοφῶν?

tiſſima fuit & formoſiſſima, expeditionis comitem habuit? quam Zenophanes [*ſive*, Xenophon] ait prius Milto fuiſſe nominatam, deinde vero mutato nomine Aſpaſiam. Comitataque eumdem eſt etiam Mileſia concubina. *Alexander* vero *Magnus* nonne *Thaidem* ſecum habuit, Atticam meretricem? quam Clitarchus ait auctorem regi fuiſſe incendendae regiae Perſepoleos. Eadem vero Thais, poſt mortem Alexandri, etiam Ptolemaeo nupſit, primo Aegypti regi, eique filium peperit Leontiſcum, & Lagum; itemque filiam Irenen, quam uxorem duxit Eunoſtus, Solorum rex Cypri oppidi. Iam ſecundus Aegypti rex, Philadelphus cognomine, ut tradit Ptolemaeus Evergetes tertio Commentariorum, plurimas habuit amaſias: primum Didymen, unam ex indigenis mulieribus, eximiâ formâ, tum Biliſtichen: porro vero Agathocleam,

τὸ μέγα μνημεῖον ὑπῆρχεν ἐπὶ τῇ πρὸς Ἐλευσῖνι θαλάσσῃ· καὶ Μύρτιον, καὶ ἄλλας δὲ πλείστας· ἐπιῤῥεπέστερος ὢν πρὸς ἀφροδίσια. Πολύβιος δ' ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν, Κλεινοῦς, φησὶ, τῆς οἰνοχοούσης αὐτῷ, εἰκόνας πολλὰς ἀνακεῖσθαι κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, μονοχίτωνας καὶ ῥυτὸν ἐχούσας ἐν ταῖς χερσίν. „Αἱ δὲ κάλλισται τῶν οἰκιῶν, φησὶν, οὐ Μυρτίου καὶ Μνησίδος καὶ Ποθεινῆς προσαγορεύονται; καίτοι Μνησὶς μὲν ἦν αὐλητρὶς καὶ Ποθεινὴ, Μύρτιον δὲ μία τῶν ἀποδεδειγμένων καὶ κοινῶν δεικτηριάδων.“ [1] Τοῦ δὲ Φιλοπάτορος βασιλέως Πτολεμαίου οὐκ Ἀγαθόκλεια ἡ ἑταίρα ἐκράτει; ἡ καὶ πᾶσαν ἀνατρέψασα τὴν βασιλείαν. Εὔμαχος δὲ ὁ Νεαπολίτης, a
Hieronymus rex Syracus. ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Περὶ Ἀννίβαν Ἱστοριῶν, Ἱερώνυμον, [2] φησὶ, τὸν τυραννήσαντα Συρακουσίων, ἀγα-

1 δικτηριάδων Ms. δεικτηριάδων ed. Ven. & Bas. 2 *Hieronem* nominat Epit.

& Stratonicen, cuius fuit ingens illud monumentum ad mare prope Eleusin: item Myrtium, & alias plurimas: erat enim ad Venerem inprimis proclivis. Polybius vero decimo quarto libro Historiarum ait, *Cleinûs*, quae pincernae officio apud regem fungebatur, plures statuas positas esse Alexandriae, simplici tunicâ indutas, & cornu copiae manu tenentes. »Splendidissimae autem domus, ait, nonne Myrtii aut Mnesidis aut Potheines nomine adpellantur? quamquam tibicina fuit Mnesis, itemque Potheina; Myrtium vero, unum ex publicis vulgatissimisque prostibulis.« Ptolemaeus vero Philopator rex nonne Agathocleae paruit meretrici, quae etiam universum eius regnum evertit? Eumachus vero Neapolitanus, secundo libro Historiarum Annibalis, *Hieronymum*, ait, Syracusanorum tyrannum, uxorem duxisse ex mu-

γένεσθαι γυναῖκα τῶν ἐπ' οἰκήματος προεστηκυιῶν, Πειθὼ ὄνομα, καὶ ἀποδεῖξαι βασιλίδα.

Τιμόθεος δ' ὁ στρατηγήσας Ἀθηναίων ἐπιφανῶς, ἑταίρας ἦν υἱὸς, Θρᾷττης τὸ γένος, σεμνῆς δ' ἄλλως τοὺς τρόπους. μεταβάλλουσαι γὰρ αἱ τοιαῦται εἰς τὸ b σῶφρον, τῶν ἐπὶ τούτῳ σεμνυνομένων εἰσὶ βελτίους. ὁ δὲ Τιμόθεος καὶ σκωπτόμενός ποτε ὅτι τοιαύτης εἴη μητρός· „Καὶ χάριν γε αὐτῇ, φησὶν, οἶδα, ὅτι δι' αὐτὴν Κόνωνος εἰμὶ υἱός." Φιλέταιρον δὲ, τὸν Περγάμου καὶ τῆς Καινῆς ταύτης λεγομένης βασιλεύσαντα χώρας, Βόας αὐλητρίδος ἑταίρας, τὸ γένος ἀπὸ Παφλαγονίας, υἱόν φησι γενέσθαι Καρύστιος ἐν Ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασιν. Ἀριστοφῶν δὲ ὁ ῥήτωρ τὸν νόμον εἰσενέγκων ἐπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, ὃς ἂν μὴ ἐξ ἀστῆς c γένηται, νόθον εἶναι, αὐτὸς ἀπεδείχθη ὑπὸ Καλλιά-

XXXVIII. Timotheus ex meretrice natus.

Philetaerus, rex Pergami.

Aristophon sua lege captus.

lieribus quae in cella meretricia prostabant, nomine Peitho, eamque reginam renunciasse.

38. *Timotheus* vero, qui magna cum gloria dux exercituum fuit Atheniensium, meretricis filius erat, Thressae genere, caeterum vero honestis moribus. Nam ubi ad morum modestiam se convertunt huius conditionis foeminae, meliores sunt eis quae sua virtute se efferunt. Idem Timotheus, cum aliquando irrideretur quod tali natus esset matre: *Immo vero*, inquit, *gratiam ei habeo, quod per eam Cononis sum filius.* Item *Philetaerum*, Pergami & Novae huius, quae vocatur, provinciae regem, filium fuisse Boae meretricis & tibicinae, genere Paphlagoniae, Carystius scribit in Commentariis Historicis. *Aristophon* vero orator, qui legem rogaverat praetore Euclide, ut *quisquis non ex cive Attica natus esset, spurius haberetur*, ipse convictus est a Calliade comico fi-

δου τοῦ κωμικοῦ ἐκ Χορηγίδος [1] τῆς ἑταίρας παιδοποιησάμενος, ὡς ὁ αὐτὸς [2] ἱστορεῖ Καρύστιος ἐν τρίτῳ Ὑπομνημάτων. Δημήτριος δ' ὁ Πολιορκητὴς οὐ δαιμονίως ἤρα Λαμίας τῆς αὐλητρίδος, ἐξ ἧς ἔσχε καὶ θυγατέρα Φίλαν; Τὴν δὲ Λαμίαν, Πολέμων φησὶ ἐν τῷ Περὶ τῆς ἐν Σικυῶνι Ποικίλης Στοᾶς, θυγατέρα μὲν εἶναι Κλεάνορος Ἀθηναίου, κατασκευάσαι δὲ Σικυωνίοις τὴν προκειμένην στοάν. Ἤρα δὲ καὶ Λεαίνης, καὶ αὐτῆς ἑταίρας Ἀττικῆς, ὁ Δημήτριος, καὶ ἄλλων d δὲ πλειόνων.

Demetrius Poliorcetes.

XXXIX. Μάχων δὲ ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Χρείαις φησὶν οὕτως·

Lamiae meretricis dicta, ex Machonis Chriis.

Ὑπερβολῇ [3] δὲ τῆς λεαίνης σχήματι
περαινομένης εὖ, παρά τε τῷ Δημητρίῳ
εὐημερούσης, φασὶ [4] καὶ τὴν Λαμίαν
τὸν βασιλέ' εὐμελῶς κελητίσαι ὑπέρ.

1 Χορίδος ed. Ven. & Baf. Χωρίδος ed. Caf. & Χλωρίδος coni. Caf. 2 ὡς αὐτὸς, absque ὁ, edd. 3 ὑπερβαλῇ edd. 4 φασὶ vulgo.

lios generasse ex Choregide meretrice, ut tradit idem Carystius tertio libro Commentariorum. *Demetrius* vero *Poliorcetes* nonne perditissime amavit *Lamiam* tibicinam, ex qua etiam filiam habuit Philam? Lamiam vero Polemon ait, in libro de Poecile Porticu quae Sicyone est, filiam fuisse Cleanoris Atheniensis, & aedificandam Sicyoniis curasse illam porticum. Amavit vero Demetrius etiam Leaenam, quae & ipsa meretrix Attica fuit, & alias item complures.

39. Machon vero comicus poëta, in *Chriis* quae inscribuntur, haec scripsit:

Quum singularem voluptatem praestaret leaenae schemate
inita, eoque nomine apud Demetrium
valde gratiosa esset; aiunt Lamiam etiam
suavi regem modulo aliquando conscendisse,

ἐπαινεθῆναί θ'. ἡ δὲ τοῦτ' ἀπεκρίθη·

„Πρὸς ταῦτα καὶ λέαιναν, εἰ βούλει, κράτει.“

ἦν δὲ ἡ Λαμία σφόδρα εὔθικτος καὶ ἀστικὴ [1] πρὸς
e τὰς ἀποκρίσεις, καθάπερ καὶ Γνάθαινα περὶ ἧς ἐροῦμεν. πάλιν δὲ περὶ τῆς Λαμίας ὁ Μάχων οὕτω γράφει·

Δημήτριός ποθ' ὁ βασιλεὺς γένη μύρων
Λαμίᾳ παρὰ πότον παντοδαπῶν ἐπεδείκνυτο.
ἡ Λαμία δ' ἦν αὐλητρὶς, ἧ σφόδρ' ἡδέως
ἔχειν φασὶ [2] κνισθῆναί τε [3] τὸν Δημήτριον.
ἀποδοκιμαζούσης δὲ [4] πάντα, καὶ πάνυ
κατεγχλιδώσης τῷ βασιλεῖ, νάρδον τινὰ
f διένευσ' ἐνεγκεῖν εὐχερῆ, [5] τῇ χειρί τε
τ' αἰδοῖ' [6] ἀποτρίψας, καὶ θιγὼν τοῖς δακτύλοις·
„Τουτί γε Λαμία, φησὶν, ὀσφράνθητι, καὶ

1 Ἀττικὴ vulgo. 2 ἔχειν φησὶ vulgo. 3 κνισθῆναί τι Ms. 4 ἀποδοκ. τε edd. 5 Deest vox editis. κ' ἐγχέειν supplendum censuerat Casaub. πολυτελῆ Iacobs. 6. τ' αἰδοῖον vulgo.

laudatamque ab eo, hoc verbum respondisse:

„Ad haec leaenam quoque, si volupe est, tene.“

Erat vero dicax admodum *Lamia* & ad respondendum faceta, quemadmodum etiam Gnathaena, de qua deinceps dicemus. Rursus vero de *Lamia* haec scribit Machon:

Demetrius rex aliquando Lamiae inter pocula
unguentorum multifaria genera ostentabat.
Tibicina autem Lamia erat, quâ singulariter
delectatum aiunt Demetrium, amore illius urentem.
At illa cum aspernaretur omnia, atque adeo
insolentiùs se gereret adversus regem; nardum aliquod
leve adferri ille signo dato iussit, suaque manu
pudenda fricans, & tangens digitis:
„Hoc saltem, inquit, olfacito, Lamia,

„εἴσει,"[1] τὰ τ' ἄλλα διαφορὰν ὅσην ἔχει." κείνη[2] δὲ γελάσασ'· „Ἀλλὰ τοῦτ', ἔφη, τάλαν,
„νόμιζε δοκεῖν[3] μοι σαπρότατον πάντων πολύ."
Δημήτριος δ' εἶπ'·[4] „Ἀλλὰ μὴν, νὴ τοὺς θεοὺς,
„ἀπὸ βαλάνου τοῦτ' ἔστι, Λάμια, βασιλικῆς."

XL. Variorum regum concubinae.

Πτολεμαῖος δὲ ὁ τοῦ Ἀγησάρχου, ἐν ταῖς Περὶ τὸν Φιλοπάτορα Ἱστορίαις, βασιλέων ἐρωμένας ἀναγράφων, φησίν· „Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος αὐξήσαντος Φιλίνναν τὴν ὀρχηστρίδα, ἐξ ἧς καὶ γεννῆσαι Ἀριδαῖον[5] τὸν μετὰ Ἀλέξανδρον βασιλεύσαντα· Δημητρίου δὲ τοῦ Πολιορκητοῦ, μετὰ τὰς προειρημένας, Μανίαν· Ἀντιγόνου δὲ Δημὼ, ἐξ ἧς Ἀλκυονέα γεννηθῆναι· Σελεύκου δὲ τοῦ νεωτέρου Μύσταν καὶ Νύσαν." Ἡρακλείδης δὲ ὁ Λέμβος, ἐν τῇ ἕκτῃ[6] καὶ τριακοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, Δημώ φησιν ἐρωμένην γενέσθαι τοῦ Δη- a

1 εἴσῃ edd. 2 ἐκείνη ed. Ven. & Baf. cum Ms. 3 δοκεῖ νομίζειν edd. δοκεῖ absque νομίζειν ms. *Ep.* νομίζειν δοκεῖ ms. *A.* 4 δ' εἶπεν edd. cum msstis. Δημήτριος εἶπε δ'· Ἀλλὰ Iacobs. 5 Ἀῤῥιδαῖον h. l. mssti. 6 τρίτῃ καὶ τριακ. edd.

» & senties quantum praestet aliis omnibus. «
Tum illa ridens: » At hoc, o miser, inquit,
» scito mihi omnium videri longe putidissimum. «
Cui Demetrius: » Attamen, ait, per Deos,
» e glande, Lamia, regia hoc est. «

40. Ptolemaeus Agesarchi filius, in Rerum ad Philopatorem pertinentium Historia, regum amasias recensens, haec scribit: » Philippus Macedo *Philinnam* saltatricem in dignitatem evexit, ex qua etiam Aridaeum genuit, qui post Alexandrum regnavit: Demetrius vero Poliorcetes, post praedictas, *Maniam*: Antigonus *Demo*, e qua natus est Alcyoneus: Seleucus vero iunior *Mystam* & *Nysam.* « Heraclides vero Lembus sexto & trigesimo Historiarum libro ait, amasiam fuisse *Demo*

b μητρίου· ἢ ἐπιμανῆναι καὶ [1] τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἀντίγονον, καὶ ἀποκτεῖναι Ὀξύθεμιν, ὡς καὶ πολλὰ συνεξαμαρτάνοντα τῷ Δημητρίῳ, καὶ ὅτι ἀπέκτεινε τὰς τῆς Δημοῦς θεραπαίνας στρεβλῶν.

Περὶ δὲ τοῦ εἰρημένου τῆς Μανίας ὀνόματος ὁ Μάχων τάδε φησίν· — XLI. *Maniae* meretrici unde nomen.

Ἴσως δ' ἂν ἀπορήσαι τις [2] εὐλόγως θ' ἅμα,
τῶν νῦν ἀκροατῶν, εἴ τις [3] Ἀττικὴ γυνὴ
προσηγορεύετ' ἢ ἐνομίσθη Μανία.
αἰσχρὸν γὰρ, ὄνομα Φρυγιακὸν γυναῖκ' ἔχειν,
c καὶ ταῦθ', ἑταίραν ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος.
ἢ τὴν Ἀθηναίων τί κωλῦσαι [4] πόλιν,
ὑφ' ἧς ἅπαντές εἰσιν ἐπηνωρθωμένοι; [5]
Τὸ μὲν οὖν ὑπάρχον εὐθέως ἐκ παιδίου
αὐτῇ, Μέλιττ' ἦν ὄνομα. τῷ μὲν μεγέθει [οὖν] [6]

1 Deest καὶ edd. 2 ἀπορήσῃ τις ms. *Ep.* 3 ἥ τις edd. 4 μὴ κωλῦσαι ms. *Ep.* τί κολάσαι ἂν coni. Caſ. 5 ἐπηνορθωμ. ms. *A.* 6 Deest vulgo οὖν.

Demetrii; cuius amore inſaniſſe etiam patrem ipſius Antigonum, & Oxythemidem occidiſſe, ut qui multa cum Demetrio peccaſſet, & Demonis ancillas tormentis necaſſet.

41. De praedicto *Maniae* nomine idem Macho haec ait:

Fortaſſe dubitaverit quiſpiam, nec id quidem immerito,
ex his qui haec nunc audient, quo pacto mulier Attica
adpellata fuerit aut habita M a n i a.
Eſt enim turpe mulieri, Phrygium habere nomen,
praeſertim quae hetaera ſit mediâ ex Graeciâ.
Aut Athenienſium civitatem quid in ordinem coëgerit,
a qua alii omnes corrigi ſolent?
Nomen ergo huic a teneris impoſitum,
M e l i t t a erat. Quae quum ſtaturâ quidem

τῶν τότε γυναικῶν βραχύ τι καταδεεστέρα·
φωνῇ δ' ὁμιλίᾳ τε κεχορηγημένη,
πάνυ δ' εὐπρόσωπος οὖσα καὶ καταπληκτική,
πολλοὺς ἐραστὰς καὶ πολίτας καὶ ξένους
ἔχουσ'· ὅπου περὶ [τῆς] γυναικός τις λόγος d
γένοιτο, μανίαν τὴν Μέλιτταν ὡς καλὴν
ἔφασκον εἶναι, καὶ προσεξειργάζετο
αὐτῇ [1] τὸ πλεῖον. ἡνίκ' ἂν σκώψειε γὰρ,
ῥημάτιον εὐθὺ τοῦτο μανίαν ἀνεβόα·
αὐτή θ' ὅτ' ἐπαινοίη τίν', ἢ ψέγοι πάλιν,
ἐπ' ἀμφοτέρων προσέκειτο μανία τῶν λόγων.
Διὸ τῆς μανίας ἐπίῤῥημ' [2] ἐκτείνας δοκεῖ
καλέσαι τις αὐτὴν τῶν ἐραστῶν Μανίαν·
μᾶλλόν [τε] τὸ [3] πάρεργον ἐπεκράτησ' ἢ τοὔνομα. e
Δοκεῖ δὲ λιθιᾶν, ὡς ἔοιχ', ἡ Μανία·

1 αὐτὴ forſ. 2 Forſ. ἐπίθετον. 3 μᾶλλον τὸ vulgo.

aliis ſuae aetatis mulieribus nonnihil concederet,
voce vero & ſermonis facultate eximiâ eſſet praedita,
ſuâque pulcritudine omnes perselleret,
multosque amatores cives & exteros
haberet; quoties de illa ſermo incideret,
clamabant omnes: »Inſanum, (μανία) quam pulcra
»Melitta eſt!« Plurimumque ipſa etiam
contulit. Quoties enim iocaretur,
ſtatim & ipſa vocem illam μανία (Inſanum!) iactare
ſolebat:
& ſive laudaret aliquem, ſive vituperaret,
utrique ſermoni inſanum illud (μανία) inculcabatur.
Itaque vocem μανία, ſic interiici ſolitam, producens aliquis
ex amatoribus, videtur eam ipſam Maniam adpellaſſe:
& magis obtinuit acceſſorium hoc nomen, quam id quod
proprium fuerat.
Videtur autem calculo laboraſſe, ut quidem perhibent, Mania:

Γνάθαινά τ' εἰς τὰ στρώμαθ' ὅτι προΐεται,
ἐνομοθετήθη [1] τοῦτό πως ὑπὸ [2] Διφίλου.
μετὰ ταῦτα δ' ἡ Γνάθαινα πρὸς τὴν Μανίαν
ἐλοιδορεῖτο, καὶ λέγει· „Τί τοῦτο; παῖ·
„εἰ δὲ λίθον εἶχες;“ ὑπολαβοῦσ' ἡ Μανία·
„Ἔδωκ' ἄν, ἵν' ἔχῃς, φησ', ἀποψᾶσθαι, τάλαν.“

Ὅτι δ' ἦν καὶ ἀστεία τις ἀποκρίνασθαι, τάδε
f περὶ αὐτῆς Μάχων ἀναγράφει·

XLII. Maniae faceta dicta.

Τῆς Μανίας ἤρα Λεοντίσκος ποτὲ
ὁ παγκρατιαστὴς, καὶ συνεῖχ' αὐτὴν μόνος
γαμετῆς τρόπον γυναικός. ὑπὸ δ' Ἀντήνορος
μοιχευομένην αἰσθόμενος [3] αὐτὴν ὕστερον,
σφόδρ' ἠγανάκτησ'. ἡ δέ· „Μηθὲν, [4] φησὶ, σοι,
„ψυχὴ, μελέτω· μαθεῖν γὰρ αἰσθέσθαι θ' ἅμα
„ὀλυμπιονικῶν νυκτὸς ἀθλητῶν δυεῖν [5]

[1] ἐνομοθέτητο edd. [2] τοῦτ' ὑπὸ edd. [3] αἰσθανόμενος edd.
[4] μηδὲν edd. [5] δυοῖν edd.

Gnathaenam vero solitam in stragulas ventrem exonerare,
hoc veluti lege statutum est a Diphilo.
Deinde Gnathaena aliquando Maniae
conviciaus cum diceret: » Quid hoc, puella, quid
» si lapidem haberes? « respondens ait Mania:
» Tibi darem, misera, quo clunes tergeres. «

42. Fuisse vero etiam facetam in respondendo, his versibus declarat Machon:

Maniam amabat Leontiscus olim
pancratiasta, illamque solus tenuit
legitimae uxoris loco. Deinde vero
ut compressam intellexit ab Antenore,
indignabatur valde. At illa: » Ne graviter, inquit,
» ferat, mea anima: discere enim experirique,
» Olympiae victorum athletarum duorum

„πληγὴν, [1] τί δύναταί ποτ', ἤθελον.“ a

Αἰτουμένην, λέγουσι, τὴν πυγήν ποτε
ὑπὸ τοῦ βασιλέως Μανίαν Δημητρίου,
ἀνταξιῶσαι δωρεὰν κἀυτόν τινα.
δόντος δ' [2] ἐπιστρέψασα μετὰ μικρὸν, λέγει·
„Ἀγαμέμνονος παῖ, νῦν ἐκεῖν' ἔξεστί σοι,
„[παρόντι λεύσσειν, ὧν πρόθυμος ἦσθ' ἀεί.“] [3]

Εἶναι δοκῶν αὐτόμολος ἄνθρωπος ξένος
καὶ παρεπιδημήσας Ἀθήνησίν ποτε,
τὴν Μανίαν μετεπέμψαθ', ὅσον ᾔτησε δούς.
εἰς τὸν δὲ πότον [4] ἦν συμπαρειληφώς τινας b
ἐκ τῆς πόλεως τῶν ἐπιγελᾶν εἰθισμένων
ἅπαντα τοῖς τρέφουσιν [5] αἰεὶ [6] πρὸς χάριν·
βουλόμενος εἶναι γλαφυρὸς ἀστεῖός θ' ἅμα,
τῆς Μανίας ἄριστα παιζούσης σφόδρα,

1 Forf. πληγὴν μιᾶς, τί δὴ δύναται. 2 Deeft δ' edd. 3 Poftremum verfum *ignorant mssti*: nec ita male. 4 Deeft vulgo vocab. πότον. 5 ἅπαντά τοι στρέφουσιν edd. 6 ἀεὶ edd.

„ unâ nocte illus quid valerent, volui. “

Maniam, narrant, cum clunes eius
aliquando popofciffet rex Demetrius,
viciffim & ab illo petiiffe praemium.
Quod ille cum dediffet, mox converfa ait:
„ Agamemnonis fili, nunc haec licet tibi
„ praefentia adfpicere, quae cupiifti iamdudum. “

Peregrinus quidam, transfuga effe creditus,
Athenas forte cum veniffet, Maniam
accivit ad fe, quantum depopofcerat
argenti numerans. Forte ad coenam adfumferat
urbanos aliquot cives, quos fcurras vocant,
ridere folitos in alentis gratiam.
Ibi tum venuftum facere fe ac lepidum volens,
cum Mania, ut erat folers, fcite luderet,

ἀνισταμένης τε πολλάκις εἰς δασύποδα· [1]
αὐτὴν ἐπικροῦσαι βουλόμενος· „Πρὸς τῶν θεῶν,
„μειράκια, τί δοκεῖ τῶν ἀγρίων ὑμῖν ποτε
c „ἐν τοῖς ὄρεσι τάχιστα θηρίων [2] τρέχειν;"
ἡ Μανία δ'· [3] „Αὐτόμολος, ὦ βέλτιστ'·" ἔφη.
Μετὰ ταῦτα δ' ὡς εἰσῆλθε πάλιν ἡ Μανία,
τὸν αὐτόμολον ἔσκωπτε, ῥίψασπίν τ' ἔφη
αὐτὸν γεγονέναι, προσβολῆς οὔσης ποτέ.
ὁ δὲ στρατιώτης, ὑπό τι [δὴ] [4] σκυθρωπάσας,
ἀπέπεμψε ταύτην, διαλιποῦσ' ἡ ἑταίρα δέ· [5]
„Μηδὲν παρὰ τοῦτο, φησὶ, λυποῦ, φίλτατε·
„οὐ γὰρ σὺ φεύγων ἀπέβαλες τὴν ἀσπίδα,
d „μὰ τὴν Ἀφροδίτην, ἀλλ' ὁ σοὶ χρήσας τότε."

Ἐν συμποσίῳ δ', ὥς φασι, παρὰ τῇ Μανίᾳ
παρεδέξατ' αὐτὴν [6] τῶν πονηρῶν τις πάνυ.

1 An πρὸς δασύποδα? ὡς δασύπ. ms. *Ep.* 2 θηρίον edd. & ms. *A.* 3 Deest rursus δ' edd. 4 Abest δὴ vulgo. 5 διαλιποῦσα δ' ἡ ἑταίρα vulgo. 6 παρελέξατ' αὐτῇ corr. Iac.

& simul ad leporem saepius consurgeret,
eam ferire dicto cupiens: » Dicite,
» quaeso, adolescentes, inquit, quae vobis fera
» visa est per montes cursitare celerrime? «
Tum Mania: » Id quod quaeris dicam; transfuga. «
Et (aliàs) rursus cum introïisset Mania,
ridere coepit transfugam, & parmam obiecit
amissam, cum acies praelio confligerent.
At miles vultu nonnihil iram praeferens,
dimisit illam; quae cum discederet:
» Amice, ne istud, inquit, tam graviter feras;
» nam tunc, cum fugeres, non amîsti tu quidem
» parmam, sed is qui tibi eam commodaverat. «

Convivio, ut narrant, apud Maniam
excepit ipsam homo scelestus admodum.

καθ' ὡς [1] ἐπηρώτησε· „Πότερ' ἄνω θέλεις
„ἐλθοῦσ' ἅμα βαλεῖν, ἢ κάτω;" γελάσασ'· „Ἄνω, [2]
„βέλτιστε, φησίν. ὑπό τι γὰρ δέδοικά σε,
„μὴ προσπεσούσης [3] τ' οὐμπλόκιόν μου [4] ἐκτράγῃς." [5]

XLIII. Gnathaenae apophthegmata.

Καὶ ἄλλων δὲ ἑταιρῶν ἀπομνημονεύματα ὁ Μάχων συνήγαγεν· ὧν οὐκ ἄκαιρόν ἐστι κατὰ τὸ ἑξῆς e μνημονεῦσαι. Γναθαίνης μὲν οὕτως·

Παρὰ Γναθαίνῃ Δίφιλος πίνων ποτέ·
„Ψυχρόν γ', ἔφη, τ' ἀγγεῖον, ὦ Γνάθαιν', ἔχεις." [6]
„Τῶν σῶν γάρ, εἶπεν, ἐπιμελῶς, ὦ Δίφιλε,
„εἰς αὐτό γ' αἰεὶ δραμάτων ἐμβάλλομεν."

Πρὸς τὴν Γνάθαιναν Δίφιλος κληθείς ποτε
ἐπὶ δεῖπνον, ὡς λέγουσι, τοῖς Ἀφροδισίοις·
τιμώμενος μάλιστα τῶν ἐρωμένων,

1 καθὼς vulgo. καὶ τὰς lac. 2 γελάσασα δὲ edd. & verſ. ſeq. ἄνω μὲν οὖν γε φησίν. 3 μή μου προπιεσούσης edd. μή μου προσπεσ. Ms. 4 τὸ ἐκπλιόχιον ed. Ven. & Baſ. τό τ' εὐμπλόκιον ed. Caſ. 5 ἐντράγῃς fortaſſe. 6 Deeſt editis hic verſus cum tribus ſequentibus.

Dein ubi interrogavit: » Vis-ne ſuperne,
» an inferne congredi? « ridens illa: » Superne,
» o optime, ait: ſubvereor enim,
» ne decumbenti ornatum capitis mihi devores. «

43. Sed & aliarum meretricum ſcite dicta idem Machon collegit: quae hic ordine commemorare non fuerit ab hoc loco alienum. *Gnathaenae* igitur haec refert:

Apud Gnathaenam potans aliquando Diphilus:
» Gelidum, ait, admodum, Gnathaena, vas habes. «
Et illa: » Nil mirum, inquit; ſedulo quippe
» tuorum dramatum aliquod in illud coniicimus. «

Ad Gnathaenam Diphilus vocatus aliquando
ad coenam ſacro Veneris, ut narrant, die:
(prae caeteris maxime amatoribus honoratus,

λήθῃ θ' [1] ὑπ' αὐτῆς ἐκτενῶς ἀγαπώμενος·
παρῆν ἔχων δύο Χῖα, Θάσια τέτταρα,
μύρον, στεφάνους, τραγήματ', ἔριφον, ταινίας,
ὄψον, μάγειρον, τὰ μετὰ ταῦτ', αὐλητρίδα.
f Καὶ τῶν ἐραστῶν Συριακοῦ τινος ξένου,
πέμψαντος αὐτῇ χιόνα, σαπέρδην θ' ἕνα·
αἰσχυνομένη τὰ δῶρα μή τις καταμάθῃ,
φυλαττομένη τε πολὺ μάλιστα Δίφιλον,
μὴ δῷ δίκην μετὰ ταῦτα κωμῳδουμένη·
τὸ μὲν τάριχος εἶπε ταχέως [2] ἀποφέρειν
πρὸς τοὺς σπανίζειν ὁμολογουμένους ἁλῶν,
τὴν χιόνα δ' εἰς τὸν ἄκρατον ἐνσεῖσαι λάθρα·
a τῷ παιδί τ' ἐπέταξ', ἐγχέανθ' ὅσον δέκα
κυάθους προσενεγκεῖν Διφίλῳ ποτήριον.
Ὑπερηδέως δὲ τὴν κύλικ' ἐκπιὼν ἄφνω,
καὶ τὸ παράδοξον καταπλαγεὶς ὁ Δίφιλος·

1 λήθη δ' ὑπ' edd. λήθη ὑπ' Ms. ὡς δῆθ' Grot. 2 ταχέως τ' ἀπ. edd.

quippe quem clam & ipsa impensius amaret:)
unguenta attulerat, amphoras Chii duas,
bis totidem Thasii, bellaria, redimicula,
hoedum, coronas, & coquum, & tibicinam.
Interea cum peregrinus amator Syriacus
saperdam unam misisset & pariter nivem:
valde praemetuens ne quis id rescisceret,
in primis verita Diphilum, ne comicis
traducta ludis olim supplicium daret;
deferri iussit salsamentum protinus
ad eos qui egere se profiterentur salis,
nivem vero clanculum in merum coniici.
Tum puerum iussit cyathos decem fere
in poculum infusos afferre Diphilo.
Qui cum cupidissime siccasset poculum,
perculsus tanto frigoris miraculo:

Gnathaenae

„Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν καὶ θεοὺς, ψυχρόν γ᾽, ἔφη,
„Γνάθαιν᾽, ἔχεις τὸν λάκκον ὁμολογουμένως.“
Ἡ δ᾽ εἶπε᾽ „Τῶν σῶν δραμάτων γὰρ ἐπιμελῶς
„εἰς αὐτὸν αἰεὶ τοὺς προλόγους ἐμβάλλομεν.“

Μαστιγίας μώλωπας ὑψηλοὺς ἔχων,
μετὰ τῆς Γναθαίνης ἀπὸ τύχης ἀνεπαύετο.
Περιλαμβάνουσα δ᾽ αὐτὸν, ὡς ἀνώμαλον b
τὸ νῶτον [1] εἶχε παντελῶς᾽ „Τάλαν, τάλαν
„ἄνερ, πόθεν ἔχεις ταῦτ᾽, ἔφη, τὰ τραύματα;“
Κἀκεῖνος αὐτῇ συντόμως ἀπεκρίνατο,
ὅτι παῖς ποτ᾽ ὢν ἐνήλατ᾽ εἰς πυρὰν ποτε, [2]
παίζων μετά τινων ἡλικιωτῶν ἐμπεσών. [3]
„Ναὶ τὴν φίλην Δήμητρα, δικαίως τε γὰρ,
„ἄνθρωπε, φησὶν, ἐξεδάρης ἀκόλαστος ὤν.“

Παρὰ Δεξιθέᾳ δειπνοῦσα τῇ ἑταίρᾳ ποτὲ

1 τὸν νῶτον edd. 2 ἐνήλατ᾽, εἰς τε πυρὰν τότε corr. Grotius, vs. sq. ἐνέπεσεν tenens. 3 ἐνέπεσεν vulgo.

» Ita me, inquit, Pallas amet & quicquid est Deûm,
» Gnathaena, gelidus admodum est puteus tibi. «
At illa: » Quidni? namque in eum nos sedulo
» Prologos tuarum fabularum immittimus. «

Exstructus altis verbero vibicibus
cubabat forte cum Gnathaena in lectulo.
Illa ubi persensit mediis in complexibus
male complanati tergi extuberantiam:
» Miser, unde haec, inquit, accepisti vulnera? «
Respondit ille mirum quam compendio,
parvum ludentem saltu se cum aequalibus,
prolapsum in ignem resupinato corpore.
Gnathaena arridens: » Tam protervus cum fores,
» ecastor! vapulasti non immerito. «

Apud Dexitheam forte coenatum iverat

Γνάθαινα, τοὔψον ἀποτιθείσης πᾶν σχεδὸν apophthegmata.
c τῆς Δεξιθέας τῇ μητρί· „Νὴ τὴν Ἄρτεμιν,
„εἰ, φησὶν, ᾔδειν,¹ ἡ Γνάθαινα, τοῦτ᾽ ἐγὼ,
„τῇ μητρὶ συνεδείπνουν ἂν, οὐχὶ σοὶ, γύναι."

Ἐπεὶ προέβη τοῖς ἔτεσιν ἡ Γνάθαινα, καὶ
ἤδη τελέως ἦν ὁμολογουμένως σορὸς,
εἰς τὴν ἀγορὰν λέγουσιν αὐτὴν ἐξίναι,²
καὶ τοὔψον ἐφορᾶν, καὶ πολυπραγμονεῖν πόσου
πωλεῖθ᾽ ἕκαστον. εἶτ᾽ ἰδοῦσα κατὰ τύχην
ἑστῶτα κρεωπώλην τιν᾽ ἀστεῖον πάνυ,
d τῇ θ᾽ ἡλικίᾳ σφόδρα νέον· „Ὦ πρὸς τῶν θεῶν,
„μειράκιον, ὁ καλὸς, φησὶ, πῶς ἵστης; φράσον."
Ὁ δὲ μειδιάσας· „Κύβδ᾽, ἔφη, τριωβόλου."
„Τίς δ᾽ ὁ ἐπιτρέψων ἐστί σοι, φησὶν, τάλαν,
„ὄντα γ᾽ ἐν Ἀθήναις Καρικοῖς χρῆσθαι σταθμοῖς;"

1 ᾔδει edd. 2 Perperam ἐξιέναι ed. Cas. 2. & 3. ἐξεῖναι ms. *A.*

Gnathaena. Matri cum suae seponeret
Dexithea ferme quicquid erat obsonii,
ibi tum Gnathaena: » Ecastor, si id scissem antea,
» matri tuae, inquit, condixissem, non tibi. «

Aetate iam provectior quum Gnathaena esset,
& manifeste iam feretro proxima;
in forum eam aiunt solitam egredi,
& obsonia inspexisse, quaesissequé quanti
veniret quodque. Ibi tum conspicata forte
stantem lanium quemdam venustum admodum,
ac valde iuvenem: » Heus tu, per Deos,
adolescens, inquit, formose! dic, πῶς ἵστης*? «*
Et iuvenis: » Κύβδα*, inquit, tribus obolis. «*
» At quis tibi concedet, reponit illa, miser, ut
» mediis in Athenis mensurâ utaris Caricâ? «

Gnathaenae

Στρατοκλῆς δ' ἐρίφους προῖκ' ἐδίδου τοῖς γνωρίμοις
λοπάδας συνάλμους τε, ξυναρτύειν [1] δοκῶν,
καὶ δίψαν [2] ὑπολειπόμενοι [3] εἰς τὴν αὔριον.
ἐπιξυνάπτειν βουλομένοις [4] τὸν ἑωθινὸν, [5] e
μακρὰς δὲ πράττειν εἰς τὰ λοιπὰ ξυμβολάς.
Γνάθαινα δ' αὐτῆς εἶπε πρὸς ἐραστήν τινα,
στραγγευόμενον [6] ὁρῶσα περὶ τὰς συμβολάς·
„ Στρατοκλῆς ἐπ' ἐρίφοις, φησὶ, χειμῶνας ποιεῖ.“

Ἰδοῦσ' ἔφηβον ἡ Γνάθαιν' ἰσχνὸν πάνυ,
καὶ μέλανα, λεπτόν θ' ὡς ἔοικεν ὑπερβολῇ,
καὶ λιπαρὸν, [7] ἔτι δὲ τῶν ἐφήβων βραχύτερον,
ἔσκωπτεν εἰς Ἄδωνιν. ἀναγώγως δέ πως
τοῦ μειρακίσκου καὶ τυραννικώτερον f
αὐτῇ συναντήσαντος, ἐμβλέψασα τῇ

1 συναρτύειν & dein ἐπισυνάπτειν ms. A. 2 διψᾶν ms. A. 3 δ' inserunt edd. ὑπολειπόμενά τιν' coni. Cas. An ὑπολειπομένους? 4 βουλόμενος corrigit Cas. 5 An πότον ἑωθινόν. 6 στρατευόμενον vulgo. 7 An καὶ ἀλίπαρον? an λαπαρόν.

Stratocles hoedos gratis dedit familiaribus
& patinas valde salsas, bene conditas volens eas videri.
Hoc voluit, ut magna usque in crastinum sitis eos premeret,
& ad alterum mane compotationem educerent;
unde ingentes symbolas ab illis exigere posset.
Igitur Gnathaena ad suorum amatorum quemdam,
quem vidit aegre conferentem symbolas:
„ Stratocles, inquit, post hoedos tempestates excitat.“

Ephebum conspicata Gnathaena macilentum admodum,
& nigrum, & supra modum ut aiunt tenuem,
& oleo nitentem, [*sive*, & squalidum,] *adhaec breviorem aequalibus,*
„ A d o n i n u per iocum compellavit. Cui cum rustice
adolescentulus insolentiusque
respondisset, intuita illa

θυγατρὶ μετ᾽ αὐτῆς [1] συμπορευομένῃ, λέγει·
„Δικαιότερον ἦν, ὦ τέκνον, νὴ τὼ θεώ.“ — apophthegmata.

Λέγουσι Ποντικόν τι μειρακύλλιον,
ἀναπαυόμενον μετὰ τῆς Γναθαίνης, ἀξιοῦν
πρωῒ γενόμενον, [2] ὥστε τὴν πυγὴν ἅπαξ
αὐτῷ παρασχεῖν· τήνδε τοῦτ᾽ εἰπεῖν· „Τάλαν,
„ἔπειτα τὴν πυγήν με νῦν αἰτεῖς, ὅτε
a „τὰς ὗς ἐπὶ νομὴν καιρός ἐστιν ἐξάγειν;“

XLIV. Gnathaenium, eiusque dicta.

Καὶ Γναθαινίου τῆσδέ γε, [3] τῆς θυγατριδῆς [4]
αὐτῆς τάδε ἀναγράφει·
Εἰς τὰς Ἀθήνας παρεπιδημήσας ξένος
σατράπης πάνυ γέρων ὤν, ἐνενήκοντ᾽ ὡς ἐτῶν, [5]
Κρονίοις ἀπιοῦσαν εἶδε τὴν Γναθαίνιον
μετὰ τῆς Γναθαίνης ἐξ Ἀφροδισίου τινός.
τό τ᾽ εἶδος αὐτῆς τοὺς ῥυθμούς τε καταμαθών,

1 μετὰ ταύτης vulgo. 2 Forſ. γενομένου. 3 Forſ. Καὶ Γναθαινίου δὲ, τῆς θυγ. 4 θυγατριδοῦς edd. 5 Vulgo γέρων ὡς ἐνενήκοντ᾽ ἐτῶν.

filiam, quae eam comitabatur, dixit:
» Meritum hoc erat, o filia, per Divas! «

Ponticum aiunt adoleſcentulum
cum Gnathaena cubantem, rogaſſe
illam cum iam illuceſceret, clunes ut ei ſemel
praeberet. Cui illa reſpondiſſe fertur:
» Nunc tu a me, miſer, clunes poſtulas,
» cum educendi ad paſtum porcos tempus eſt? «

44. Porro de *Gnathaenio*, nepte huius, haecce refert:
Athenis cum verſaretur hoſpes
ſatrapa quidam ſenex admodum, nonaginta fere annorum,
vidit ille Saturnalibus Gnathaenium exeuntem
cum Gnathaena ex aede quadam Veneri dicata.
Qui cum illius formam animadvertiſſet elegantiamque,

Gnathaenium,

ἐπυνθάνετο, μίσθωμα πράσσεται πόσον
τῆς νυκτός; Ἡ Γνάθαινα δ', εἰς τὴν πορφύραν b
καὶ τὰ δόρατ' ἀποβλέψασα, δραχμὰς χιλίας
ἔταξ'. ὁ δ' ἄφνω καιρίμην [1] πληγείς· „Παπαί!
„ζωγρεῖς, γύναι, φησὶν, ἕνεκα τοῦ στρατιωτικοῦ.
„μνᾶς πραξαμένη δὲ πέντε τὰς σπονδὰς ποιοῦ,
„καὶ στρῶσον ἡμῖν ἔνδον.“ Ἡ δ' ἐπιδέξιον
βουλόμενον εἶναι τὸν σατράπην ἀπεδέξατο,
εἶπεν δέ· [2] „Δὸς [ἐμοὶ] [3] ὅσον ἐπιθυμεῖς, [ὦ] πάτερ· c
„οἶδα γὰρ ἀκριβῶς καὶ πέποιθα τοῦθ' ὅτι [4]
„εἰς νύκτ' ἀποδώσεις τῷ θυγατρίῳ μου διπλοῦν.“

Ἐν ταῖς Ἀθήναις χαλκοτύπος σφόδρ' εὐφυής,
καταλελυκυίας τῆς Γναθαινίου σχεδὸν,
οὐκ ἔτι θ' ἑταιρεῖν ὑπομενούσης, διὰ τὸ πῶς [5]
τὸν Ἀνδρόνικον ἡδέως αὐτῆς ἔχειν

1 κιρίμην Ms. 2 εἶπέν τε malebam. 3 Desunt vulgo voces, ἐμοὶ & ὦ. 4 πέποιθ' ὅτι edd. absque τοῦθ'. 5 Fors. πρὸς & dein ἡδέως αὐτὸν ἔχειν.

quaesivit qua mercede polliceretur operam
unius noctis. Gnathaena, in purpuram
& hastas coniectis oculis, drachmas mille pretium
dixit. Tum ille, certissimo percussus ictu: » Papae,
» pro capto, ait, hoste me habes militarem ob adparatum:
» at quinque acceptis minis pacem fac mecum,
» & sterne intus lectum. « Illa haud absurdum
sibi visum satrapam recipit intus,
aitque: » Da nobis quod volueris, pater:
» satis quippe novi persuasumque habeo,
» te noctu duplum filiolae meae daturum. «

Athenis faber quidam aerarius habilis admodum,
quum artem fere iam desisset Gnathaenium,
nec meretriciam amplius vellet facere,
Andronici amore delectata

τὸν ὑποκριτήν· τότε δ' ὄντος ἐν ἀποδημίᾳ, eiusque dicta.
d ἐξ οὗ γεγονὸς ἦν ἄῤῥεν αὐτῷ παιδίον·
οὐχ ὑπομένουσαν τὴν Γναθαίνιον λαβεῖν
μίσθωμα, λιπαρῶν δὲ καὶ προσκείμενος,
πολὺ δαπανήσας, ἔσχεν αὐτὴν, χρυσίον.
Ἀνάγωγος δ' ὢν [1] δὴ, καὶ βάναυσος παντελῶς,
ἐν σκυτατομίῳ τινὶ μετά τινων καθήμενος,
κατεσχόλαζε τῆς Γναθαινίου λέγων,
ἑτέρῳ τρόπῳ μὲν [2] συγγενέσθαι μηδενὶ,
ἐξῆς καθιππάσαι δ' ἐπ' αὐτῆς [3] πεντάκις.
e Μετὰ ταῦτ' ἀκούσας Ἀνδρόνικος τὸ γεγονὸς
ἐκ τῆς Κορίνθου προσφάτως ἀφιγμένος,
πικρῶς δὲ λοιδορούμενος, [4] —
παρὰ τὸν πότον ταῦτ' ἔλεγε τῇ Γναθαινίῳ,
αὐτὸν μὲν ἀξιοῦντα μὴ τετευχέναι

1 ἀνάγ. ὢν absque δ' edd. 2 μὴν μὲ συγγ. Ms. 3 ὑπ' αὐτῆς vulgo. 4 Desunt ista editis.

histrionis; (cum ille tunc peregre esset profectus,
postquam ei natus fuerat puellus;)
respuentem quodvis pretium
Gnathaenium obsecrans, & acrius instans,
tandem ingente auri impensâ nactus est.
At rudior quum esset moribusque illiberalibus,
in coriariâ quadam officinâ cum nonnullis assidens,
de Gnathaenio narrare coepit, dicens,
nullo alio modo cum ea se congressum,
sed quinquies deinceps eam inequitasse.
e Περὶ δὲ Μουσικῆς τῶν μὲν τάδε λεγόντων, ἄλλων δ' ἄλλα γ'[2] ὁσημέραι, πάντων δ' ἐπαινούντων τὴν παιδιὰν[3] ταύτην, Μασούριος ὁ πάντα ἄριστος καὶ σοφὸς (καὶ γὰρ νόμων ἐξηγητὴς οὐδενὸς δεύτερος, καὶ περὶ μουσικὴν ἐνδιατρίβων ἀεί· ἅπτεται γὰρ καὶ τῶν ὀργάνων) ἔφη· ὁ μὲν κωμῳδιοποιὸς Εὔπολις, ἄνδρες φίλοι, φησί·

„Καὶ μουσικὴ πρᾶγμ' ἐστὶ βαθύ τι καὶ καμπύλον, ἀεί τε καινὸν ἐξευρίσκει τι τοῖς ἐπινοεῖν δυναμένοις.“

διόπερ καὶ Ἀναξίλας ἐν Ὑακίνθῳ φησίν·

1 ὅτε ἐξέλθοι edd. 2 ἄλλων δέ γ' ἄλλα ed. Cas. 3 παιδείαν corr. Casaub.

te inferior videtur prisco illo *Amoebeo*, quem Aristeas in libro De Citharoedis ait, cum in ipsa Athenarum urbe prope theatrum habitaret, si quando cantatum prodiisset, talentum Atticum in singulos dies accepisse.

18. De *Musica* cum alii haec disputarent, alii vero alia quotidie, omnes autem cum laudarent hoc genus ludicri; tum vero Masurius, vir longe optimus sapientissimusque (etenim & legum interpres est nulli secundus, & Musicae assidue operam navat; nam & ipse quoque instrumenta musica tractat) ita infit: Comicus poëta Eupolis, amici, ait:

Subtile quiddam & varium est Musica: & his, qui ingenio pollent, semper aliquid suppeditat novi.

Quare etiam Anaxilas in Hyacintho ait:

Ἡ μουσικὴ δ' ὥσπερ Λιβύη πρὸς τῶν θεῶν, f
αἰεί τι [1] καινὸν κατ' ἐνιαυτὸν τίκτει θηρίον.

„Μέγας γὰρ, ὦ μακάριοι, κατὰ τὸν Θεοφίλου Κιθαρῳδὸν, θησαυρός ἐστι καὶ βέβαιος ἡ μουσικὴ ἅπασι τοῖς μαθοῦσι παιδευθεῖσί τε." Καὶ γὰρ τὰ ἤθη παιδεύει, καὶ τοὺς θυμοειδεῖς καὶ τὰς γνώμας διαφόρους καταπραΰνει. „Κλεινίας γοῦν ὁ Πυθαγόρειος, [2] ὡς Χαμαιλέων ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ, καὶ τῷ βίῳ [3] καὶ 2 τοῖς ἤθεσι διαφορῶν, [4] εἴ ποτε συνέβαινε χαλεπαίνειν αὐτὸν δι' ὀργὴν, ἀναλαμβάνων τὴν λύραν ἐκιθάριζε. πρὸς δὲ τοὺς ἐπιζητοῦντας τὴν αἰτίαν, ἔλεγε πραΰνομαι. καὶ ὁ Ὁμηρικὸς δὲ Ἀχιλλεὺς τῇ κιθάρᾳ κατεπραΰνετο, ἣν αὐτῷ ἐκ τῶν Ἠετίωνος λαφύρων μόνην Ὅμηρος χαρίζεται, καταστέλλειν τὸ πυρῶδες αὐτοῦ δυναμένην. μόνος γοῦν ἐν Ἰλιάδι ταύτῃ χρῆται τῇ μουσικῇ." Ὅτι δὲ καὶ νόσους ἰᾶται μουσικὴ, Θεόφρα-

Morbis medetur Musica.

1 ἀεί τι edd. cum ms. *Ep.* 2 Πυθαγόριος ms. *A.* 3 καὶ τῇ γνώμῃ ms. *Ep.* 4 διαφέρων corr. Casaub.

Ars musica, aedepol, pariter ut terra Africa,
novum quotannis aliquod portentum parit.

Etenim, o optimi, secundum Theophili Citharoedum,

Ingens thesaurus & stabilis est Musica
cunctis recte doctis eruditisque.

Namque mores instruit, & iracundos & altercantes lenit. »Clinias sane Pythagoreus, (ut refert Chamaeleon Ponticus) vir & vitâ & moribus eximius, si quando ei accidisset ut irâ exasperaretur, lyram capessebat, eaque canebat; &, si quis cur id faceret rogasset, respondebat, *mitesco.* Pariter Homericus Achilles citharâ leniebatur, quam illi ex Eëtionis spoliis Homerus tribuit, quae una eam vim habebat ut igneam eius vehementiam posset cohibere. Unus ille certe in Iliade hoc genere musices utitur.« Sed & morbis mederi Musicam docuit

στος ἱστόρησεν ἐν τῷ Περὶ Ἐνθουσιασμοῦ, ἰσχιακοὺς
b φάσκων ἀνόσους διατελεῖν, εἰ καταυλήσοι τις τοῦ τόπου τῇ Φρυγιστὶ ἁρμονίᾳ. ταύτην δὲ τὴν ἁρμονίαν Φρύγες πρῶτοι εὗρον καὶ μετεχειρίσαντο. διὸ καὶ τοὺς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν αὐλητὰς, Φρυγίους καὶ δουλοπρεπεῖς τὰς προσηγορίας ἔχειν· οἷός ἐστιν ὁ παρὰ Ἀλκμᾶνι Σάμβας, καὶ Ἄδων, καὶ Τῆλος· παρὰ δὲ Ἱππώνακτι Κίων, καὶ Κώδαλος, καὶ Βάβυς, ἐφ' ᾧ καὶ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν αἰεὶ [1] πρὸς τὸ χεῖρον αὐλούντων· [2] „Κάκιον [3] ἢ Βάβυς αὐλεῖ.“ ὁ δ' Ἀριστόξενος τὴν εὕρεσιν αὐτῆς Ὑάγνιδι τῷ Φρυγὶ ἀνατίθησιν.

Phrygia harmonia.

XIX. Tres modi musici: Doricus, Aeolicus & Ionicus.

c Ἡρακλείδης δὲ ὁ Ποντικὸς, ἐν τρίτῳ Περὶ Μουσικῆς· „Οὐδ' ἁρμονίαν, φησὶ, δεῖν καλεῖσθαι τὴν Φρύγιον, καθάπερ οὐδὲ τὴν Λύδιον. ἁρμονίας γὰρ εἶναι τρεῖς. τρία γὰρ καὶ γενέσθαι Ἑλλήνων γένη, Δω-

1 ἀεὶ edd. cum ms. *Ep.* 2 Forf. ἀσκούντων. 3 καὶ Κίων ed. Ven. & Baf. cum ms. *A.* καὶ κάκιον ms. *Ep.*

Theophrastus, in libro DE Enthusiasmo; ubi ait, ischiacos morbo liberari, si quis adversus eum locum, in quo est morbi sedes, Phrygiam harmoniam tibiis accinat. Istam harmoniam primi invenere tractavereque Phryges: quo etiam factum, ut tibicinibus apud Graecos Phrygia sint nomina & servilia: qualia sunt apud Alcmanem, Sambas, & Adon, & Telus; apud Hipponactem vero Cion, & Codalus, & Babys; a quo obtinuit proverbium in hos dici solitum, qui semper peius tibiâ canunt: [*sive*, qui male exercent artem:] *Peius quam Babys tibiâ canit.* Aristoxenus vero Phrygiae harmoniae inventionem Hyagnidi Phrygi tribuit.

19. Heraclides vero Ponticus tertio libro DE Musica: »Ne *harmoniam* quidem nominari debere, ait, *Phrygiam*, quemadmodum nec *Lydiam*. Tres enim esse harmonias. *Tria* enim etiam fuisse *genera Graecorum*, *Dores*, *Aeoles*,

ριεῖς, Αἰολεῖς, Ἴωνες. οὐ μικρᾶς οὖν οὔσης διαφορᾶς ἐν τοῖς τούτων ἤθεσιν, Λακεδαιμόνιοι μὲν [1] μάλιστα τῶν ἄλλων Δωριέων τὰ πάτρια διαφυλάττουσι· Θεσσαλοὶ δὲ [2] (οὗτοι γάρ εἰσι τὴν ἀρχὴν τοῦ γένους Αἰολεῦσι μεταδόντες) παραπλήσιον ἀεὶ ποιοῦνται τοῦ βίου τὴν ἀγωγήν· Ἰώνων δὲ τὸ πολὺ πλῆθος ἠλλοίωται, d
διὰ τὸ συμπεριφέρεσθαι τοῖς ἀεὶ δυναστεύουσιν αὐτοῖς τῶν βαρβάρων. Τὴν οὖν ἀγωγὴν τῆς μελῳδίας, ἣν οἱ Δωριεῖς ἐποιοῦντο, Δώριον ἐκάλουν ἁρμονίαν· ἐκάλουν δὲ καὶ Αἰολίδα ἁρμονίαν, ἣν Αἰολεῖς ᾖδον· Ἰαστὶ δὲ τὴν τρίτην ἔφασκον, ἣν ἤκουον ᾀδόντων τῶν Ἰώνων. (Doria Harmonia.) Ἡ μὲν οὖν Δώριος ἁρμονία τὸ ἀνδρῶδες ἐμφαίνει καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς, καὶ οὐ διακεχυμένον, οὐδ' ἱλαρὸν, ἀλλὰ σκυθρωπὸν καὶ σφοδρὸν, οὔτε δὲ ποικίλον, οὐδὲ πολύτροπον. (Aeolica.) τὸ δὲ τῶν Αἰολέων ἦθος ἔχει τὸ γαῦρον καὶ ὀγκῶδες, ἔτι δὲ ὑπόχαυνον· e

1 Λακεδ. δὲ μαλ. edd. 2 καὶ Θεσσαλοὶ δὲ malebam.

Iones. Cum vero non exiguum ſit in horum ingeniis moribusque discrimen, Lacedaemonii quidem maxime aliorum omnium Dorum patrios ſervant mores: ſed & Theſſali, a quibus generis originem duxerunt Aeoles, idem fere ſemper tenent vitae inſtitutum: at Ionum maior pars inſtitutum mutavit, quippe qui ad voluntatem imperantium ſibi barbarorum ſemper ſe adcommodant. Itaque melodiae genus, quod ſibi Dores ſtatuerunt, *Doria* nominata eſt *harmonia*: *Aeolica* vero nominata eſt, quam cantabant Aeoles: *Ionica* denique, quam audiebantur canentes Iones. *Doria* igitur *harmonia* virilem quamdam prae ſe fert gravitatem & magnificentiam; non laetitiam aut hilaritatem, ſed triſtitiam & vehementiam; neque etiam varietatem aut multiplicitatem. In *Aeolum* vero ingenio ineſt arrogantia, tumor, & fa-

ὁμολογεῖ δὲ ταῦτα ταῖς ἱπποτροφίαις αὐτῶν καὶ ξενοδοχίαις· οὐ πανοῦργον δὲ, ἀλλὰ ἐξηρμένον [1] καὶ τεθαῤῥηκός. διὸ καὶ οἰκεῖόν ἐστ' αὐτοῖς ἡ φιλοποσία, καὶ τὰ ἐρωτικὰ, καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὴν δίαιταν ἄνεσις. διὸ καὶ περιέχουσι τὸ τῆς ὑποδωρίου καλουμένης ἁρμονίας ἦθος. αὕτη γάρ ἐστι, φησὶν ὁ Ἡρακλείδης, ἣν ἐκάλουν Αἰολίδα· ὡς καὶ Λᾶσος ὁ Ἑρμιονεὺς ἐν τῷ εἰς τὴν ἐν Ἑρμιόνῃ [2] Δήμητρα ὕμνῳ, λέγων οὕτως· Harmonia Hypodoria eadem quae Aeolica.

Δάματρα μέλπω Κόραν τε Κλυμένοιο ἄλοχον
Μελίβοιαν,
f ὕμνων ἀνάγων [3] Αἰολίδ' ἅμα βαρύβρομον ἁρμονίαν.

Ταῦτα δ' ᾄδουσι [4] πάντες ὑποδώρια τὰ μέλη. ἐπεὶ οὖν τὸ μέλος ἐστὶν ὑποδώριον, εἰκότως [5] Αἰολίδα φησὶν εἶναι τὴν ἁρμονίαν ὁ Λᾶσος. καὶ Πρατίνας δέ που φησίν·

1 ἐξηρημένον vulgo. 2 τὴν Ἑρμιόνην Δημ. edd. τὴν Ἑρμιόνι Δημ. h. l. Ms. 3 Μελίβοιαν ὕμ[illegible]ν, ἀναγνῶν αἰολίδ' vulgo. 4 ἀείδουσι edd. 5 καὶ τὰ μέλη εἰκότως edd. τὰ μέλη εἰκ. absque καὶ Ms.

ftus quidam; quod & ex illorum ftudio alendi equos & ex ratione qua excipiunt hofpites perlucet: fed nihil verfuti aut maligni, verum elatio quaedam, ac fidentia. Itaque illis proprium eft bibendi ftudium, & amores, & in omni vita remiffio quaedam. Habent igitur illi ingenium *Hypodoriae harmoniae* conveniens: haec eft enim, ait Heraclides, quae *Aeolica* vocatur; quemadmodum etiam Lafus fignificat Hermionenfis in Hymno in Hermionenfem Cererem, ubi ait:

Cererem cano Proferpinamque Clymeni uxorem Meliboeam;
hymnorum fimul tollens Aeolicam gravifonam harmoniam.

Haec autem cantica canunt omnes hypodoria. Quum igitur hypodorius fit cantus, merito *Aeolicam harmoniam* dicit effe Lafus. Tum vero & Pratinas alicubi dicit:

Μὴ [1] σύντονον δίωκε, μήτ᾽ ἀνειμέναν, [2]
Ἰαστὶ μοῦσαν· [3] ἀλλὰ τὰν μέσαν [4] νεῶν [5]
ἄρουραν, αἰόλιζε τῷ μέλει. —

ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς σαφέστερον φησίν·

„Πρέπει τοι πᾶσιν ἀοιδὰ [6] λαβράκταις αἰολὶς ἁρμονία."

Πρότερον μὲν οὖν, ὡς ἔφην, [7] Αἰολίδα αὐτὴν ἐκάλουν, ὕστερον δὲ Ὑποδώριον· ὥσπερ ἔνιοί φασιν, ἐν τοῖς αὐλοῖς τετάχθαι νομίσαντες αὐτὴν ὑπὸ τὴν Δώριον ἁρμονίαν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὁρῶντας αὐτοὺς τὸν ὄγκον καὶ τὸ προσποίημα τῆς καλοκαγαθίας ἐν τοῖς τῆς ἁρμονίας ἤθεσιν, Δώριον μὲν αὐτὴν [8] οὐ νομίζειν, [9] προσεμφερῆ δέ πως ἐκείνῃ· διόπερ [10] Ὑποδώριον ἐκάλεσαν· ὡς τὸ προσεμφερὲς τῷ λευκῷ, ὑπόλευκον, καὶ a

1 Μήτε masti: & dein μά τε τὰν ἀνειμέναν. 2 ἀνειμένην edd. 3 Ἰαστὶ οὖσαν edd. cum ms. *Ep.* Ἰαστὶν οὖσαν ms. *A.* 4 μέσσαν ms. *A.* 5 νέων edd. 6 πρέπει τοῖς παισὶν ἀοιδὰν edd. 7 ὡς ἔφη ν Ms. 8 αὐτὴν deest ed. Cas. Plura desunt ed. Ven. & Bas. 9 νομίζουσι ed. Cas. 10 διὸ καὶ ed. Cas.

Ne intentam sectare, nec remissam nimis
Ionicam Musam: sed medium aratro - novans
solum, Aeolicos sequere modos.

In sequentibus vero clarius etiam ait:

Loquacibus omnibus, canere qui voluerint, Aeolica convenit harmonia.

Prius igitur illam, ut dixi, *Aeolicam* nominabant, deinde vero *Hypodoriam*; quoniam, ut aiunt nonnulli, in tibiis eam *infra Doriam* positam existimassent. Mihi vero videtur, quum in huius harmoniae indole gravitatem & speciem quamdam honestatis viderent inesse, Doriam quidem illam non existimasse, sed ei aliquatenus similem: quare *Hypodoriam* nominarunt, quasi latine *Subdoriam* diceres; quemadmodum, quod candido simile est, id *subcandidum*; & quod non est dulce quidem,

τὸ μὴ γλυκὺ μὲν, ἐγγὺς δὲ τούτου, λέγομεν ὑπόγλυκυ· οὕτως καὶ ὑποδώριον, τὸ μὴ πάνυ Δώριον."

b „Ἑξῆς ἐπισκεψώμεθα τὸ τῶν Μιλησίων ἦθος, ὃ διαφαίνουσιν οἱ Ἴωνες, ἐπὶ ταῖς τῶν σωμάτων εὐεξίαις βρενθυόμενοι, καὶ θυμοῦ πλήρεις, δυσκατάλλακτοι, φιλόνεικοι, οὐδὲν φιλάνθρωπον οὐδὲ ἱλαρὸν ἐνδιδόντες, ἀστοργίαν καὶ σκληρότητα ἐν τοῖς ἤθεσιν ἐμφανίζοντες. διόπερ οὐδὲ τὸ τῆς Ἰαστὶ γένος ἁρμονίας οὔτ' ἀνθηρὸν οὔτε ἱλαρόν ἐστι, ἀλλὰ αὐστηρὸν καὶ σκληρὸν, ὄγκον δὲ ἔχον οὐκ ἀγεννῆ· διὸ καὶ [1] τῇ τραγῳδίᾳ προσφιλὴς ἡ ἁρμονία. Τὰ δὲ τῶν νῦν Ἰώνων ἤθη τρυφερώτερα, καὶ πολὺ παραλλάττον τὸ τῆς ἁρc μονίας ἦθος. Φασὶ δὲ, Πύθερμον τὸν Τήϊον ἐν τῷ γένει τῆς [2] ἁρμονίας τούτῳ [3] ποιῆσαι σκαιὰ [4] μέλη· καὶ διὰ τὸ εἶναι τὸν ποιητὴν Ἰωνικὸν, Ἰαστὶ κληθῆναι τὴν ἁρ-

XX. Ionica harmonia, alia vetus: alia recentior. Pythermus Teius, poëta lyricus.

1 διόπερ καὶ edd. 2 Temere τῶν ed. Caſ. 3 ἁρμονίας αὐτοῦ τούτῳ edd. cum ms. *A*. 4 σκολιὰ forſan.

ſed ad hoc accedit, id *ſubdulce* vocamus: ſic & *hypodorium* vel *ſubdorium*, quod non prorſus ſit Doricum. «

20. » Poſt haec Mileſiorum conſideremus ingenium, quod in *Ionibus* elucet, bona corporis habitudine ſuperbientibus, animo & ira plenis, implacabilibus, contentioſis, nihil humani, nihil laetum aut mite oſtendentibus; quorum mores nullum naturalem amoris adfectum, nil niſi duritiem animi declarant. Itaque *Ionicum genus harmoniae* neque floridum eſt, neque laetum, ſed auſterum & durum: gravitatem vero aliquam habet non ignobilem: quare etiam harmoniam illam Tragoedia amat. At noſtrae aetatis Iones moribus ſunt delicatioribus, & longe abeſt illorum ingenium ab harmonia Ionica quae vocatur. Dicunt autem, *Pythermum* Teium in hoc genere harmoniae duriuscula [*ſive*, ſcolia] feciſſe carmina: &, cum eſſet Ionicus poëta, inde *Ionicam*

μονίαν. οὗτός ἐστι Πύθερμος, οὗ μνημονεύει Ἀνάνιος ἢ [1] Ἱππῶναξ [2] ἐν τοῖς Ἰάμβοις οὕτως·

Χρυσὸν λέγει Πύθερμος, ὡς οὐδὲν τἆλλα.

λέγει δ' οὕτως [3] ὁ Πύθερμος·

Οὐδὲν ἦν ἄρα [4] τἆλλα πλὴν χρυσός.

οὐκοῦν καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον πιθανόν ἐστι, τὸν Πύθερμον, ἐκεῖθεν ὄντα, ποιήσασθαι τὴν ἀγωγὴν τῶν μελῶν ἁρμόττουσαν τοῖς ἤθεσι τῶν Ἰώνων. διόπερ ὑπο- d λαμβάνω, οὐχ ἁρμονίαν εἶναι τὴν Ἰαστὶ, τρόπον δέ τινα θαυμαστὸν σχήματος ἁρμονίας. [5] καταφρονητέον οὖν τῶν τὰς μὲν κατ' εἶδος διαφορὰς οὐ δυναμένων θεωρεῖν· ἐπακολουθουντων δὲ τῇ τῶν φθόγγων ὀξύτητι καὶ βαρύτητι, καὶ τιθεμένων ὑπερμιξολύδιον ἁρμονίαν, καὶ πάλιν ὑπὲρ ταύτης ἄλλην. οὐχ ὁρῶ γὰρ οὔτε τὴν ὑπερφρύγιον ἴδιον ἔχουσαν ἦθος· καίτοι τινές

1 Deest ἢ vulgo. 2 Ἱππῶναξ ms. A. 3 λέγει δ' οὕτως ed. Bas. & Cas. 4 Οὐδὲν ἦν ἄρα edd. Οὐδὲν ἦν παρὰ apud Suidam. 5 Nil mutant libri.

harmoniam fuisse nominatam. Hic est Pythermus, cuius meminit Ananius aut Hipponax in Iambis, his verbis:

Aurum dicit Pythermus, ut alia omnia nihil.

Dicit autem Pythermus sic:

Nihil erant utique alia omnia praeter aurum.

Itaque per eam quam dixi rationem probabile est, Pythermum, indidem oriundum, canticorum suorum indolem moribus Ionum adcommodasse. Quare existimo, non harmoniam illam esse Ionicam, sed modum quemdam mirabilem schematis harmoniae. Quare spernendi sunt, qui differentias specificas non valent perspicere; sed acumen solum aut gravitatem sonorum intelligentes, ponunt Hypermixolydiam harmoniam, & supra hanc rursus aliam. Etenim ne Phrygiam quidem video propriam habere indolem: quamquam sunt nonnulli,

e Φασὶν ἄλλην ἐξευρηκέναι καινὴν ἁρμονίαν ὑποφρύγιον· δεῖ δὲ τὴν ἁρμονίαν εἶδος ἔχειν ἤθους ἢ πάθους· [1] καθάπερ ἡ Λοκριστί. ταύτῃ γάρ ἔνιοι τῶν γενομένων κατὰ Σιμωνίδην καὶ Πίνδαρον ἐχρήσαντό ποτε, καὶ πάλιν κατεφρονήθη."

„Τρεῖς οὖν αὗται, καθάπερ ἐξαρχῆς εἴπομεν εἶναι ἁρμονίας, [2] ὅσα καὶ τὰ ἔθνη. τὴν δὲ Φρυγιστὶ καὶ τὴν Λυδιστὶ, παρὰ τῶν βαρβάρων οὔσας, γνωσθῆναι τοῖς Ἕλλησιν ἀπὸ τῶν σὺν Πέλοπι κατελθόντων εἰς τὴν Πελοπόννησον Φρυγῶν καὶ Λυδῶν. Λυδοὶ μὲν γὰρ f αὐτῷ συνηκολούθησαν, διὰ τὸ τὴν Σίπυλον εἶναι τῆς Λυδίας· Φρύγες δὲ, οὐχ ὅτι ὁμοτέρμονες τοῖς Λυδοῖς εἰσιν, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτῶν ἦρχεν ὁ Τάνταλος. ἴδοις δ' ἂν καὶ τῆς Πελοποννήσου πανταχοῦ, μάλιστα δ' ἐν Λακεδαίμονι, χώματα μεγάλα, ἃ καλοῦσι τάφους τῶν μετὰ Πέλοπος Φρυγῶν. μαθεῖν οὖν τὰς ἁρμονίας

XXI. Phrygii & Lydii modi a barbaris introducti.

1 ἔχειν ἢ πάθους ἢ ἤθους edd. 2 εἶναι ἁρμονίαι corrigit Caf.

qui a se dicant etiam novam inventam esse harmoniam Hypophrygiam. Oportet enim harmoniam habere speciem morum aut animi adfectus: quemadmodum Locrensis. Hac enim nonnulli Simonidis & Pindari aetate usi sunt aliquando: sed rursus obsoleta est.«

21. »Tres igitur sunt hae, ut diximus, Harmoniae, quot sunt etiam populi Graeci. Phrygia vero & Lydia, a Barbaris ortum ducentes, innotuerunt Graecis per eos qui cum Pelope in Graeciam adpulerunt Phryges & Lydos. Nam Lydi eum secuti sunt, quandoquidem Lydiae oppidum Sipylus erat: Phryges vero, non tam quod finitimi essent Lydorum, quam quod ipsi quoque sub imperio fuerant Tantali. Videre autem licet etiam ubivis in Peloponneso, maxime vero Lacedaemone, ingentes tumulos, quae vocant *Sepulcra Phrygum* Pelopem secutorum. Ab his igitur harmonias has didi-

ταύτας τοὺς Ἕλληνας παρὰ τούτων. διὸ καὶ Τελέστης ὁ Σελινούντιος φησίν·

„Πρῶτοι παρὰ κρατῆρας Ἑλλήνων ἐν αὐ- a
λοῖς συνοπαδοὶ Πέλοπος Ματρὸς ὀρείας Φρύ-
γιον ἄεισαν νόμον· τοὶ δ' ὀξυφώνοις πηκτί-
δων ψαλμοῖς[1] κρέκον Λύδιον ὕμνον.“

XXII. Musicam emollire mores,

„Οὐ παραληπτέον[2] δὲ, τὴν μουσικὴν, φησὶν Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης, ὡς Ἔφορος ἱστορεῖ, ἐπὶ ἀπάτῃ καὶ γοητείᾳ παρεισῆχθαι τοῖς ἀνθρώποις. οὐδὲ τοὺς παλαιοὺς Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων αὐλὸν καὶ ῥυθμὸν εἰς τὸν πόλεμον ἀντὶ σάλπιγγος εἰκῆ νομι-

Arcadum exemplo docet Polybius.

στέον εἰσαγαγεῖν· οὐδὲ τοὺς πρώτους Ἀρκάδων εἰς τὴν b
ὅλην πολιτείαν τὴν μουσικὴν παραλαβεῖν, ὥστε μὴ μόνον ἐν παισὶν,[3] ἀλλὰ καὶ ἐν νεανίσκοις γενομένοις, ἕως τριάκοντα ἐτῶν, κατ' ἀνάγκην σύντροφον ποιεῖν αὐτὴν, τἄλλα τοῖς βίοις ὄντας αὐστηροτάτους. παρὰ

1 ψαλμοὶ Ms. 2 Οὐ παραλειπτέον edd. Rectius fuerat Οὐχ ὑποληπτέον. 3 ἐμπαισὶν ms. A.

cerunt Graeci. Quare etiam Telestes Selinuntius ait:

» Primi inter pocula Graecorum cum tibiis comites
Pelopis Matris montanae Phrygium cecinere modum:
alii autem acute-sonantibus fidium pulsibus stridebant Lydium hymnum. «

22. » Nec vero admittendum, ait Polybius Megalopolitanus, id quod Ephorus tradidit, *fraudis caussa ac veluti incantamentum introductam inter homines Musicam fuisse.* Neque existimandum, veteres Cretenses & Lacedaemonios, loco tubae, ad bella tibias & rhythmum temere instituisse; aut priscos Arcadas sine ratione in universae reipublicae administratione Musicam adhibuisse, ita ut non modo pueros, verum etiam iuvenes ad trigesimum usque annum necessario ei innutriri voluerint, cum caeteroquin durissima vitae ratione uteren-

γοῦν μόνοις Ἀρκάσιν [1] οἱ παῖδες ἐκ νηπίων ᾄδειν ἐθίζονται κατὰ νόμον τοὺς ὕμνους καὶ παιᾶνας, οἷς ἕκαστοι κατὰ τὰ πάτρια τοὺς ἐπιχωρίους ἥρωας καὶ θεοὺς ὑμνοῦσι. μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς Τιμοθέου καὶ Φιλοξένου νόμους μανθάνοντες, χορεύουσι κατ' ἐνιαυτὸν
c τοῖς Διονυσιακοῖς αὐληταῖς ἐν τοῖς θεάτροις· οἱ μὲν οὖν παῖδες, τοὺς παιδικοὺς ἀγῶνας· οἱ δὲ νεανίσκοι, τοὺς τῶν ἀνδρῶν. καὶ παρ' ὅλον δὲ τὸν βίον ἐν ταῖς συνουσίαις ταῖς κοιναῖς, οὐ [οὐχ οὕτω τὰς διαγωγὰς ποιοῦσι] [2] διὰ τῶν ἐπεισάκτων ἀκροαμάτων, ὡς δι' αὐτῶν, [3] ἀνὰ μέρος ᾄδειν ἀλλήλοις προστάττοντες. καὶ τῶν μὲν ἄλλων μαθημάτων ἀρνηθῆναί τι μὴ εἰδέναι, οὐδὲν αὐτοῖς αἰσχρόν ἐστι· τὸ δὲ ᾄδειν ἀποτρίβεσθαι, αἰσχρὸν παρ' αὐτοῖς νομίζεται. καὶ μὴν ἐμβατήρια μετ' αὐλοῦ καὶ τάξεως ἀσκοῦντες, ἔτι δὲ ὀρχήσεις ἐκπονοῦντες, μετὰ κοινῆς ἐπιστροφῆς καὶ δαπάνης κατ'

1 Ἀρκάδων vulgo. 2 Desunt ista vulgo. 3 διὰ τῶν vulgo.

tur. Nam apud solos Arcadas pueri a prima aetate secundum legitimos modos canere discunt hymnos & paeanas, quibus quaelibet civitas patrio instituto gentiles heroas & Deos celebrat. Post haec vero Timothei & Philoxeni modos ediscunt, & choros cum tibiis agunt quotannis feriis Bacchanalibus in theatris, pueri puerilia ludicra & certamina exsequentes, iuvenes vero virilia. Iidem per totam vitam in communibus conviviis non tam extrinsecus adscitis acroamatibus sese oblectant, quam ipsi per se, sibi mutuo alternis vicibus canere praecipientes. Et caeterarum quidem disciplinarum aliquam si quis se tenere negaverit, turpe non ducunt; sin canere quispiam recuset, id vero turpe apud illos habetur. Quin & ad praeliares modulos cum tibiis ordinatâ acie sese exercentes, atque etiam saltationi operam dantes, curâ sumtuque publico quotannis in thea-

ἐνιαυτὸν ἐν τοῖς θεάτροις ἐπιδείκνυνται. Ταῦτ' οὖν αὐτοὺς d
εἴθισαν οἱ παλαιοὶ, οὐ τρυφῆς καὶ περιουσίας χάριν,
ἀλλὰ θεωροῦντες τὴν ἑκάστου [1] κατὰ τὸν βίον σκλη-
ρότητα, καὶ τὴν τῶν ἠθῶν αὐστηρίαν, ἥτις αὐτοῖς παρέ-
πεται διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ψυχρότητα καὶ στυ-
γνότητα τὴν κατὰ πλεῖστον [2] ἐν τοῖς τόποις ὑπάρχου-
σαν, οἷς καὶ συνεξομοιοῦσθαι πεφύκαμεν πάντες ἄν-
θρωποι· διὸ καὶ κατὰ τὰς ἐθνικὰς διαστάσεις πλεῖ-
στον ἀλλήλων διαφέρομεν ἤθει καὶ μορφαῖς καὶ χρώ-
μασι. Πρὸς δὲ τούτοις συνόδους κοινὰς καὶ θυσίας ἀν-
δράσι καὶ γυναιξὶ κατείθισαν, ἔτι δὲ χοροὺς παρθένων e
ὁμοῦ καὶ παίδων· σπεύδοντες τὸ τῆς φύσεως ἀτέραμ-
νον [3] διὰ τῆς τῶν ἐθισμῶν κατασκευῆς ἐξημεροῦν καὶ
πραΰνειν. Ὧν Κυναιθεῖς [4] ὀλιγωρήσαντες εἰς τέλος, καί-
τοι σκληρότατον παρὰ πολὺ τῆς Ἀρκαδίας ὁμοῦ τῷ

1 ἑκάστων apud Polyb. 2 κατὰ τὸ πλεῖστ. ibid. 3 Temere ἀτέραμον edd. 4 Κιναιθεῖς edd.

tra prodeunt iuvenes, ſpecimen ſuae induſtriae edentes. Hac igitur conſuetudine illos imbuerunt maiores, non ad luxum aut animi cauſſâ: ſed quod vidiſſent cunctorum duritiem vitae & morum auſteritatem, quam illi contrahunt ex coeli frigiditate ac triſtitia, quae utplurimum loca illa occupat; quum ita comparata ſit hominum natura, ut coelo nos ambienti conſimiles fiamus: quam ob cauſſam etiam, ut locis longiſſime inter ſe diſtant nationes, ita plurimum moribus, formis, coloribus, invicem differimus. Ad haec vero etiam publica convivia & ſacrificia viris & mulieribus inſtituerunt, & choros virginum ſimul & puerorum: indomitam naturae feritatem manſuefacere mitigareque ſtudentes inſtitutis commode adhibitis. Quae quum penitus negle-xiſſent Cynaethenſes, qui praeſertim Arcadiae ſolo lon-

τόπῳ καὶ τὸν ἀέρα ἔχοντες, πρὸς αὐτὰς [1] τὰς ἐν ἀλλήλοις παρατριβὰς καὶ φιλοτιμίας ὁρμήσαντες, τέλος ἀπεθηριώθησαν οὕτως, ὡς μέγιστα ἀσεβήματα παρὰ μόνοις αὐτοῖς γίνεσθαι. καθ' οὓς δὲ καιροὺς τὴν
f μεγάλην σφαγὴν ἐποιήσαντο, εἰς ἃς ποτε πόλεις [2] Ἀρκαδικὰς [3] κατὰ τὴν δίοδον εἰσῆλθον, οἱ μὲν ἄλλοι παραχρῆμα πάντες [4] αὐτοὺς [5] ἐξεκήρυξαν, Μαντινεῖς δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτῶν καθαρμὸν τῆς πόλεως ἐποιήσαντο, σφάγια περιαγαγόντες κύκλῳ τῆς χώρας ἀπάσης."

Ἀγίας δ' ὁ μουσικὸς ἔφη „τὸν στύρακα τὸν ἐν ταῖς ὀρχήστραις θυμιώμενον τοῖς Διονυσίοις, Φρύγιον ποιεῖν ὀδμὴν τοῖς αἰσθανομένοις." Τὸ δ' ἀρχαῖον, ἡ XXIII. Agias Musicus.
a μουσικὴ ἐπ' ἀνδρείαν προτροπὴ ἦν. Ἀλκαῖος γοῦν ὁ ποιητής, εἴ τις καὶ ἄλλος μουσικώτατος γενόμενος,

1 πρὸς μὲν αὐτὰς vulgo. 2 εἰς ἅς τε πολ. vulgo. 3 Exciderunt forsan verba οἱ πρεσβευταὶ αὐτῶν, ex Polybio supplenda. 4 πάντες παραχρῆμα edd. 5 ἑαυτοὺς edd. cum ms. *A*.

ge omnium asperrimo & coelo inclementissimo utebantur, nonnisi ad mutuas offensiones & contentiones conversi, ad extremum ita efferati sunt, ut apud illos solos summae impietatis scelera perpetrarentur. Quo tempore vero magnam illam caedem patraverunt, quaecumque in oppida Arcadica [legati illorum] in transitu venissent, caeteri quidem protinus cuncti praeconis voce egredi eos iusserunt, Mantinenses vero post eorum discessum, lustrationem quoque civitatis instituerunt, victimas per totam circumcirca regionem ducentes. «

23. Agias Musicus dixit, *styracem, quem in orchestris suffiunt feriis Bacchanalibus, Phrygium adferre odorem olfacientibus.* Priscis vero temporibus Musica ad fortitudinem fuit adhortamentum. *Alcaeus* quidem poëta, musices si

Alcaeus fortitudine magis, quam poëtica virtute gloriatur.

πρότερα τῶν κατὰ ποιητικὴν τὰ κατὰ τὴν ἀνδρείαν τίθεται, μᾶλλον τοῦ δέοντος πολεμικὸς γενόμενος. διὸ καὶ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις σεμνυνόμενος φησίν·

Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ·
πᾶσα δ' Ἄρῃ [1] κεκόσμηται στέγη·
λαμπραῖσιν κυνέαισι, [2] καττᾶν λευ-
κοὶ καθύπερθεν ἵππειοι [3] λόφοι
νεύουσιν, κεφαλαῖσιν ἀνδρῶν τά-
γάλματα· [4] χάλκεαι δ' αὖ πασσάλοις [5] b
κρυπτοῖσιν περικείμεναι λαμπραὶ
κναμίδες, ἄρκος ἰσχυρῶ βέλευς· [6]
θώρακές τε νέω λίνω, [7] καὶ κοῖ-
λαι δὲ [8] κατ' ἀσπίδες [9] βεβλημέναι. [10]
παρ' δ' αὖ [11] Χαλκιδικαὶ σπάθαι, παρ' δὲ

1 Ἄρει edd. 2 λαμπραῖσι κυνέαισιν vulgo. 3 ἵππιοι vulgo. 4 ἀγάλματα vulgo absque artic. 5 χάλκειαι δὲ πασσάλοις vulgo. 6 ἔρκος ἰσχυροβελὲς edd. 7 νέῳ λίνῳ edd. 8 κοῖλαί τε, absque καὶ, vulgo. 9 κατασπίδες vulgo. 10 βεβλημένον edd. unde βεβλημένων corrigunt viri docti. 11 παρ' δὲ Χαλκ. vulgo.

quis alius ſcientiſſimus, poëticae arti bellicam virtutem anteponit, cum magis quam neceſſe erat bellicoſus fuiſſet. Itaque rebus bellicis glorians, ait:

Splendet mea magna domus aere,
totumque Marti ornatum eſt tectum
nitentibus galeis, e quibus deſuper
albae equino e pilo criſtae
nutant, capitibus virorum veriſſimi
ornatus: aeneae item occultis
clavis circumpoſitae ſplendidae
ocreae, tutamen adverſus validum telum:
thoracesque novo e lino, cavique
clypei (a fugientibus) projecti.
Adſunt porro Chalcidici enſes, itemque

ζώματα πολλὰ καὶ κυπκαττίδες.[1]
Τῶν οὐκ ἔστι λαθέσθ',[2] ἐπειδὴ πρώ-
τισθ' ὑπὸ ἔργον[3] ἔσταμεν τόδε.

Καίτοι μᾶλλον ἴσως ἥρμοττε τὴν οἰκίαν πλήρη εἶναι μουσικῶν ὀργάνων. ἀλλ' οἱ παλαιοὶ τὴν ἀνδρείαν ὑπε-
c λάμβανον εἶναι μεγίστην τῶν πολιτικῶν ἀρετῶν, καὶ ταύτῃ τὰ πολλὰ[4] προσνέμειν οὐ τοῖς ἄλλοις.[5] Ἀρχίλοχος οὖν,[6] ἀγαθὸς ὢν ποιητὴς, πρῶτον ἐκαυχήσατο τὸ[7] δύνασθαι μετέχειν τῶν πολιτικῶν ἀγώνων· δεύτερον δὲ ἐμνήσθη τῶν περὶ τὴν ποιητικὴν ὑπαρχόντων αὐτῷ, λέγων· Sic & Archilochus & Aeschylus.

Εἰμὶ δ' ἐγὼ θεράπων μὲν Ἐνυαλίοιο ἄνακτος,
καὶ Μουσέων ἐρατὸν δῶρον ἐπιστάμενος.

Ὁμοίως δὲ καὶ Αἰσχύλος, τηλικαύτην δόξαν ἔχων διὰ τὴν ποιητικὴν, οὐδὲν ἧττον ἐπὶ τοῦ τάφου ἐπιγρα-

1 κυπκατίδες vulgo. 2 λαθέσθαι vulgo. 3 πρώτιστα ὑπὸ ἔργον edd. πρώτιστα ὑπ' ἔργον malles. 4 τὰ πολιτικὰ *Epit.* 5 Forf. προσένεμον (aut δεῖν προσνέμειν) οὐ ταῖς ἄλλαις. Sed fufpicor plura verba quaedam intercidiffe. 6 τοῦ pro οὖν habet ms. *A.* γοῦν debuiffe videtur. 7 *Deeft* τὸ ms. *Ep.*

baltei frequentes, & campeftria.
Quorum me par eft meminiffe, qui
omnium primum hoc opus geffi.

Quamquam magis fortaffe conveniebat, plenam muficorum inftrumentorum effe domum. Sed fortitudinem veteres maximam exiftimabant effe civilium virtutum, & huic plurimum omnium tribuebant. Igitur *Archilochus*, cum bonus effet poëta, in eo primum gloriatus eft quod pro falute reipublicae certamina obire poffet; fecundo autem loco poëticae meminit facultatis, dicens:

Sum ego minifter Bellatoris Dei,
Mufarumque etiam amabile novi donum.

Similiter *Aefchylus*, tantam ex arte poëtica gloriam confecutus, nihilo minus fepulcro fuo infcribi potius vir-

φῆναι ἠξίωσε μᾶλλον τὴν ἀνδρείαν,[1] ποιήσας· d

Ἀλκὴν δ' εὐδόκιμον Μαραθώνιον ἄλσος ἂν εἴποι,
καὶ βαθυχαῖται κεν Μῆδοι ἐπιστάμενοι.[2]

XXIV. Mufica temperat nimium animorum impetum.

Διόπερ καὶ οἱ ἀνδρειότατοι Λακεδαιμόνιοι μετ' αὐλῶν στρατεύονται, Κρῆτες δὲ μετὰ λύρας, μετὰ δὲ συρίγγων καὶ αὐλῶν Λυδοὶ, ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν βαρβάρων τὰς ἐπικηρυκείας ποιοῦνται μετ' αὐλῶν καὶ κιθάρας, καταπραΰνοντες τῶν ἐναντίων τὰς ψυχάς. Θεόπομπος δ'[3] ἐν τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ τῶν Ἱστοριῶν „Γέται, φησὶ, κιθάρας ἔχοντες e καὶ κιθαρίζοντες, τὰς ἐπικηρυκείας ποιοῦνται." Ὅθεν ἔοικε καὶ Ὅμηρος, διατηρῶν τὴν ἀρχαίαν τῶν Ἑλλήνων κατάστασιν, λέγειν·

Φόρμιγγός θ', ἣν δαιτὶ θεοὶ ποίησαν ἑταίρην·

ὡς καὶ τοῖς εὐωχουμένοις χρησίμης οὔσης τῆς τέχνης. Ἦν δ', ὡς ἔοικε, τοῦτο νενομισμένον, πρῶτον μὲν, ὅπως

1 ἀνδρίαν Epit. 2 καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος edd. 3 Malebam Θεοπ. τ'. vel γοῦν.

tutis bellicae monumentum voluit, his factis verfibus:

Praeclaram fortitudinem Marathonius praedicaverit lucus,
& capillati Medi, qui eam experti funt.

24. Quare etiam fortiffimi Lacedaemonii cum tibiis in bella proficifcuntur, Cretenfes vero cum lyrà, & cum fiftulis ac tibiis Lydi, ut tradit Herodotus. Multi vero etiam ex barbaris legationes de pace cum tibiis & cithara fuscipiunt, animos hoftium delinituri. Et Theopompus fexto & quadragefimo Hiftoriarum libro ait: »Getae, citharas manibus tenentes pulfantesque, legationes de pace obeunt.« Unde videtur etiam Homerus, vetus Graeciae inftitutum fervans, dicere:

Citharamque epularum fociam Dii fecerunt.

fignificans, etiam convivantibus utilem effe hanc artem. Videtur autem id prifco more fuiffe receptum,

ἕκαστος τῶν εἰς μέθην καὶ πλήρωσιν ὡρμημένων ἰατρὸν λαμβάνῃ τῆς ὕβρεως καὶ τῆς ἀκοσμίας τὴν μουσικήν· εἶθ', ὅτι τὴν αὐθάδειαν πραΰνει. [1] περιαιρουμένη γὰρ f τὴν στυγνότητα, ποιεῖ πρᾳότητα καὶ χαρὰν ἐλευθέριον. ὅθεν καὶ Ὅμηρος εἰσήγαγε τοὺς θεοὺς χρωμένους ἐν τοῖς πρώτοις τῆς Ἰλιάδος τῇ μουσικῇ μετὰ [2] τὴν περὶ τὸν Ἀχιλλέα φιλοτιμίαν. διετέλουν γὰρ ἀκροώμενοι

φόρμιγγος περικαλλέος, ἣν ἔχ' Ἀπόλλων,
Μουσάων θ',[3] αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ.

παύσασθαι γὰρ ἔδει τὰ νείκη καὶ τὴν στάσιν, καθάπερ λέγομεν. [4] Ἐοίκασιν οὖν οἱ πολλοὶ τὴν ἐπιστήμην ἀποδιδόναι ταῖς συνουσίαις ἐπανορθώσεως χάριν καὶ ὠφελείας. Ἀλλὰ μὴν οἱ ἀρχαῖοι καὶ περιέλαβον ἔθεσι καὶ νόμοις, τοὺς τῶν θεῶν ὕμνους ᾄδειν ἅπαντας

1 παύει ms. *Ep.* 2 μετὰ δὲ τὴν ed. Ven. cum Ms. quod nescio an ferendum, deleto puncto post φιλοτιμίαν, & posita distinctione ante μετὰ δέ. 3 Deest vulgo coniunctio. 4 ἐλέγομεν forsan.

primum quidem, quo quilibet eorum, quos ad nimium potum cibumque capiendum ferret animi impetus, medicinâ adversus contumeliam & immodestiam uteretur Musicâ; tum, quod eadem morositatem mitigaret: discutiens enim tristitiam, adfert lenitatem & liberalem laetitiam. Quare etiam Homerus, haud longe statim ab initio Iliadis, Deos induxit Musicâ utentes post contentionem, quae Achillis caussâ inter illos erat oborta. Assidue enim aures praebent

pulcerrimae citharae sono, quam tenebat Apollo,
& Musis eleganti voce alternatim canentibus.

Sedare enim oportebat iurgia & diffidium, ut modo dicebamus. Videtur igitur scientia haec a plerisque vulgo adsignari conviviis, emendationis caussa & utilitatis. Sed veteres etiam institutis & legibus sanxerunt, ut Deorum hymni in conviviis canerentur ab omnibus; ut

ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν, ὅπως καὶ διὰ τούτων τηρῆται τὸ a
καλὸν καὶ σωφρονικὸν ἡμῶν. ἐναρμονίων γὰρ ὄντων τῶν ᾀσμάτων, προσγενόμενος ὁ τῶν θεῶν λόγος ἀποσεμνύνει τὸν ἑκάστων τρόπον. Φιλόχορος δέ φησιν, ὡς οἱ παλαιοὶ σπένδοντες, οὐκ αἰεὶ διθυραμβοῦσιν, ἀλλ' „ὅταν σπένδωσι, τὸν μὲν Διόνυσον ἐν οἴνῳ καὶ μέθῃ, τὸν δ' Ἀπόλλωνα μεθ' ἡσυχίας καὶ τάξεως μέλποντες.“ Ἀρχίλοχος γοῦν φησίν·

Ὡς[1] Διωνύσοι' ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος
οἶδα διθύραμβον, οἴνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας. b

καὶ Ἐπίχαρμος δ' ἐν Φιλοκτήτῃ ἔφη·

Οὐκ ἔστι διθύραμβος, ὄχ' ὕδωρ[2] πίῃς.

Ὅτι μὲν οὖν οὐχ ἡδονῆς χάριν ἐπιπολαίου καὶ δημοτικῆς ἡ μουσικὴ προῆλθε καταρχὰς εἰς τὰς ἑστιάσεις, ὥσπερ ἔνιοι νομίζουσιν, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. Λακεδαιμόνιοι δὲ, εἰ μὲν ἐμάνθανον τὴν μουσικὴν, οὐδὲν

1 Ὅς coni. Herm. 2 οὐχ ὕδωρ vulgo.

per hos quoque servaretur honestas nostra & modestia. Cum enim concinna modulatione peraguntur cantica, accedens etiam sermo de Diis compositos reddit uniuscuiusque mores. Philochorus vero ait, veteres non semper, quoties libarent, dithyrambis esse usos; sed » libantes, inquit, Bacchum quidem vino madidos temulentosque cecinisse, Apollinem vero placide & modeste. « Archilochus quidem ait:

Bacchi regis pulcrum auspicari canticum
novi dithyrambum, vini fulmine mentem percussus.

Et Epicharmus in Philoctete dicit:

Non fiet dithyrambus, si bibas aquam.

Ex his igitur quae dicta sunt, liquido constat, non effusae cuiusdam & trivialis voluptatis caussa, ut arbitrantur nonnulli, principio in convivia introductam Musicam esse. Lacedaemonii vero eruditos quidem Musicos sese

λέγουσιν· ὅτι δὲ κρίνειν δύνανται καλῶς τὴν τέχνην, ὁμολογεῖται παρ' αὐτῶν,[1] καί φασι τρὶς ἤδη σεσωκέναι διαφθειρομένην αὐτήν.

XXV. Saltatio animi motus exprimit.

Καὶ πρὸς γυμνασίαν δὲ καὶ ὀξύτητα διανοίας
c συμβάλλεται ἡ μουσική. διὸ καὶ τῶν Ἑλλήνων ἕκαστοι καὶ τῶν βαρβάρων οἱ γινωσκόμενοι τυγχάνουσι χρώμενοι. οὐ κακῶς δὲ λέγουσιν οἱ περὶ Δάμωνα τὸν Ἀθηναῖον, ὅτι καὶ τὰς ᾠδὰς καὶ τὰς ὀρχήσεις ἀνάγκη γίνεσθαι κινουμένης πῶς τῆς ψυχῆς· καὶ αἱ μὲν ἐλευθέριοι καὶ καλαὶ ποιοῦσι τοιαύτας· αἱ δ' ἐναντίαι, τὰς ἐναντίας. ὅθεν καὶ τὸ Κλεισθένους,[2] τοῦ Σικυωνίων τυράννου, χάριεν καὶ σημεῖον διανοίας πεπαιδευμένης. ἰδὼν γάρ, ὥς φασι, φορτικῶς ὀρχησάμενον ἕνα
d τῶν τῆς θυγατρὸς μνηστήρων, (Ἱπποκλείδης δ' ἦν ὁ Ἀθηναῖος) ἀπορχήσασθαι[3] τὸν γάμον αὐτὸν ἔφησε·

1 Fors. παρ' αὐτοῖς. 2 Κλεισθένους ed. Ven. cum msstis. Κλισθένους ed. Bas. 3 ἀπορχήσασθαι ed. Ven. & Bas. cum msstis.

non profitentur: sed, posse se recte iudicare hanc artem, vulgo praedicant: aiuntque, *iam ter se eam servasse cum in eo esset ut corrumperetur.*

25. Sed & ad exercitationem & ad aciem mentis confert Musica. Quare eâ & Graeci populi omnes utuntur, & barbarorum quotquot nobis innotuerunt. Nec vero male Damon Atheniensis, *Cantica & saltationes necessario exsistere*, ait, *ubi animus certo quodam modo fuerit commotus: & liberales quidem & honestos animorum motus cantiones & saltationes eiusdem generis producere; contrarios vero, contrarias.* Quare & illud Clisthenis, Sicyoniorum tyranni, lepidum est, & culti ingenii indicium. Qui, ut accepimus, quum unum e procis filiae suae (Hippoclides is fuit Atheniensis) inepte & indecore saltantem vidisset, *saltando nuptiis eum excidisse* dixit: ratus, ut vide-

νομίζων, ὡς ἔοικε, καὶ τὴν ψυχὴν τἀνδρὸς εἶναι τοιαύτην. Καὶ γὰρ ἐν ὀρχήσει καὶ πορείᾳ καλὸν μὲν εὐσχημοσύνη καὶ κόσμος, αἰσχρὸν δὲ ἀταξία καὶ τὸ [1] φορτικόν. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐξαρχῆς συνέταττον οἱ ποιηταὶ τοῖς ἐλευθέροις τὰς ὀρχήσεις, καὶ ἐχρῶντο τοῖς σχήμασι σημείοις μόνον τῶν ᾀδομένων, τηροῦντες αἰεὶ τὸ εὐγενὲς καὶ ἀνδρῶδες ἐπ' αὐτῶν, ὅθεν καὶ ὑπορχήματα τὰ [2] τοιαῦτα προσηγόρευον. εἰ δέ τις ἀμέτρως διαθείη τὴν σχηματοποιΐαν, καὶ ταῖς ᾠδαῖς ἐπιτυγχάνον [3] μηδὲν λέγοι κατὰ τὴν ὄρχησιν, οὗτος δ' ἦν ἀδόκιμος. διὸ καὶ Ἀριστοφάνης ἢ Πλάτων ἐν ταῖς Σκευαῖς, [4] ὡς Χαμαιλέων φησὶν, εἴρηκεν οὕτως·

Hyporchemata.

Ὥστ' εἴ τις ὀρχοῖτ' [5] εὖ, θέαμ' ἦν· νῦν δὲ δρῶσιν οὐδὲν,
ἀλλ' ὥσπερ ἀπόπληκτοι στάδην ἑστῶτες ὠρύονται.

1 Deeſt artic. edd. 2 Rurſus deeſt artic. edd. 3 ἐπιτυγχάνων vulgo. 4 Σκηναῖς edd. 5 ὀρχοῖθ' ms. *A.*

tur, eiusdem modi eſſe etiam hominis animum. Nam in ſaltatione & in ingreſſu pulcrum habetur id quod decorum eſt & elegans; turpe vero, quod immodeſtum & ineptum. Quare etiam initio poëtae compoſuerunt ingenuis hominibus ſaltationes: & figuris nonniſi ut ſignis uſi ſunt eorum quae viva voce canebantur, ſemper in his id quod nobile & virile eſt obſervantes: quare etiam *hyporchemata* adpellarunt talia carmina, quaſi dicas, *ſaltationi ſuppoſita.* Si quis vero praeter modum exſequeretur in ſaltando figuras, & cantibus congruens nihil effingeret, eum improbabant. Quare etiam Ariſtophanes ſive Plato in fabulâ Adparatibus, ut Chamaeleon tradit, ita dixit:

Si quis commode ſaltaret, (iucundum) *ſpectaculum erat: nunc vero nihil agunt,*
niſi velut attoniti in eodem veſtigio ſtantes rugiunt.

Ἦν γὰρ τὸ τῆς ὀρχήσεως γένος τῆς ἐν τοῖς χοροῖς εὔσχημον τότε καὶ μεγαλοπρεπὲς, καὶ ὡσανεὶ τὰς ἐν τοῖς ὅπλοις κινήσεις ἀπομιμούμενον. [1] ὅθεν καὶ Σω- Socratis
f κράτης ἐν τοῖς Ποιήμασι τοὺς κάλλιστα χορεύοντας Poëmata.
ἀρίστους φησὶν εἶναι τὰ πολέμια, λέγων οὕτως·

Οἳ δὲ χοροῖς κάλλιστα θεοὺς τιμῶσιν, ἄριστοι
ἐν πολέμῳ. — —

σχεδὸν γὰρ ὥσπερ ἐξοπλισία τις ἦν ἡ χορεία, καὶ ἐπίδειξις οὐ μόνον τῆς λοιπῆς εὐταξίας, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν σωμάτων ἐπιμελείας.

a Ἀμφίων δὲ ὁ Θεσπιεὺς, ἐν δευτέρῳ Περὶ τοῦ ἐν XXVI.
Ἑλικῶνι Μουσείου, ἄγεσθαί φησιν ἐν Ἑλικῶνι παί- Musarum templum in Helicone.
δων ὀρχήσεις μετὰ σπουδῆς, παρατιθέμενος ἀρχαῖον Ἐπίγραμμα τόδε·

Ἀμφότερ', ὠρχεύμην τε, [2] καὶ ἐν Μώσαις ἐδίδασκον
ἄνδρας. ὁ δ' αὐλητὰς ἦν Ἄνακος Φιαλεύς·

1 ἀπομιμουμένων ms. A. 2 Rectius fuerit ὠρχεύμαν τε.

Habebat enim olim saltationis genus in choris, decorem & magnificentiam quamdam; militares motus imitans quodammodo. Quare etiam Socrates in Poëmatibus dixit, qui commodissime in choris saltant, eosdem etiam in re bellica excellere; cuius haec sunt verba:

Qui choris optime Deum honorant, iidem
in bello excellunt. — —

Est enim fere chori saltatio quasi quaedam militum in armis exercitatio; in qua spectatur non modo concinna ordinis universi observatio, sed etiam cura quae ad exercendum corpus ab unoquoque adhibita est.

26. Amphion Thespiensis, secundo libro De Musarum templo in Helicone, saltationes puerorum, ait, studiose agi in Helicone, vetus adponens Epigramma huiusmodi:

Ambo haec praestiti: saltavi, & Musicam docui
homines. Tibicen mihi fuit Anacus Phialensis.

εἰμὶ δὲ Βακχίδας Σικυώνιος. ἦ ῥα θεοῖσι
τᾷ [1] Σικυῶνι καλὸν τοῦτ' ἀπέκειτο γέρας.

Quod bonum, id magnum.

Οὐ κακῶς δὲ καὶ Καφησίας ὁ αὐλητὴς, ἐπιβαλλομένου τινὸς τῶν μαθητῶν αὐλεῖν μέγα, καὶ τοῦτο μελετῶντος, πατάξας εἶπεν „ Οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ κείμενον εἶναι, ἀλλὰ ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα." Ἔστι δὲ καὶ τὰ τῶν ἀρχαίων δημιουργῶν ἀγάλματα τῆς παλαιᾶς ὀρχήσεως λείψανα· διὸ καὶ συνέστη τὰ κατὰ τὴν χειρονομίαν ἐπιμελεστέρως διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. ἐζήτουν γὰρ καὶν ταύτῃ κινήσεις καλὰς καὶ ἐλευθερίους, ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα παραλαμβάνοντες· καὶ τὰ σχήματα μετέφερον ἐντεῦθεν εἰς τοὺς χοροὺς, ἐκ δὲ τῶν χορῶν εἰς τὰς παλαίστρας. καὶ γὰρ ἐν τῇ μουσικῇ καὶν τῇ τῶν σωμάτων ἐπιμελείᾳ περιεποιοῦντο τὴν ἀνδρείαν, καὶ πρὸς τὰς ἐν τοῖς ὅπλοις κινήσεις ἐγυμνάζοντο μετὰ τῆς ᾠδῆς· ὅθεν ἐκινήθησαν αἱ καλούμεναι πυῤῥίχαι,

Musica ad exercitia militaria adhibita.

1 ἐν corr. Casaub. τοῖς Pors.

Sum vero Bacchides Sicyonius. Hoc ergo Diis
positum est munus, Sicyoni honorificum.

Nec male vero Caphesias tibicen, cum aliquis ex discipulis magno inflatu canere adgrederetur, & studiose hoc ageret, feriens eum dixit: *Non in magno inest bonum, sed in bono magnum.* Sunt vero etiam statuae priscorum artificum veteris saltationis reliquiae: quare etiam maiore diligentia *chironomiam* (*manuum gesticulationem*) ob hanc caussam excolebant. Quaerebant enim in hac quoque motus pulcros & liberales; in eo quod *bonum* esset, simul *magnum* comprehendentes: & figuras inde transferebant in choros, ex choris vero in palaestras. Nam musicâ etiam ad corporis exercitationes adhibitâ fortitudinem sibi conciliabant, & ad motus militares exercebantur cum cantu: unde agi coeptae sunt *pyrrhi-*

καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος τρόπος τῆς ὀρχήσεως, καὶ [1] αἱ πολλαὶ παρονομασίαι αὐτῶν, ὡς παρὰ Κρησὶν ὀρσίτης καὶ ἐπικρήδιος. τὴν δ' ἀπόκινον καλουμένην ὄρχησιν (ἧς [2] μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει, καὶ Κηφισόδωρος ἐν Ἀμαζόσιν, Ἀριστοφάνης τ' ἐν Κενταύρῳ, καὶ ἄλλοι πλείονες) ὕστερον [3] μακτρισμὸν ὠνόμασαν· ἣν καὶ πολλαὶ γυναῖκες ὠρχοῦντο, ἃς καὶ
d μαρκτυπίας [4] ὀνομαζομένας οἶδα.

XXVII. Varia saltationum genera & nomina.

Τὰ δὲ στασιμώτερα, καὶ ποικιλώτερα, [5] καὶ τὴν ὄρχησιν ἁπλουστέραν ἔχοντα, καλεῖται δάκτυλοι, [6] ἰαμβικὴ, Μολοσσικὴ, ἐμμέλεια, [7] κόρδαξ, σίκιννις, Περσικὴ, Φρύγιος, νιβατισμὸς, [8] Θράκιος, καλαβρισμὸς, τελεσιάς· [9] Μακεδονικὴ δ' ἐστὶν αὕτη

1 Deest vulgo καὶ h. l. 2 ὡς μνημ. Ms. 3 Fors. οἱ ὕστερον. 4 μαρτυπίας ed. Ven. & Bas. μαρχυπίας ed. Cas. Fors. μακτρυπίας, aut μακτριστρίας. 5 ἀποικιλώτερα corr. viri docti. 6 δάκτυλος ed. Cas. 7 *Iunguntur* vulgo Μολοσσικὴ ἐμμέλεια: ac fortasse *iungenda* etiam ista, σίκιννις Περσικὴ, Φρύγιος νιβατισμὸς, & Θράκιος καλαβρισμός: ut sit *Molossica emmelia*, *Sicinnis Persica*, *Phrygius nibatismus*, *Thracicus calabrismus*. Contra in editis iungebantur haec, νικατισμὸς Θράκιος, & posito utrimque commate a caeteris separabantur. 8 νικατισμὸς edd. νικτισμὸς *Epit.* 9 Temere in ed. Cas. hic inseruntur verba, ἀπὸ Τελεσίου πρώ-

chae, & omne id genus saltationum, quarum sunt multiplices adpellationes; veluti apud Cretenses *orsites* & *epicredius*. Quae vero *apocinus* vocatur saltatio, cuius Cratinus meminit in Nemesi, & Cephisodorus in Amazonibus, Aristophanesque in Centauro, & alii plures; eamdem postea *mactrismum* nominarunt: quam saltationem multae etiam mulieres peragebant, quas novi *mactrypias* esse nominatas.

27. *Sedatiora* vero saltationum genera, quae partim maiorem habent varietatem, partim sunt simpliciores, vocantur *dactyli*, *iambica*, *saltatio Molossica*, *emmelia*, *cordax*, *sicinnis*, *Persica*, *Phrygia*, *nibatismus*, *Thracica*, *calabrismus*, *telesias*. Est autem haec Macedonica sal-

ὄρχησις· ᾗ χρησάμενοι οἱ περὶ Πτολεμαῖον, Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου ἀδελφὸν ἀνεῖλον, ὡς ἱστορεῖ Μαρσύας ἐν τρίτῳ Μακεδονικῶν. Μανιώδεις δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, κερνοφόρος, καὶ μόγγας,[1] καὶ θέρμαυστρις.[2] e

Flores, saltationis genus.

Ἦν δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἰδιώταις ἡ καλουμένη ἄνθεμα. ταύτην δὲ ὠρχοῦντο μετὰ λέξεως τοιαύτης, μιμούμεναι, καὶ λέγοντες·

Ποῦ μοι τὰ ῥόδα; ποῦ μοι τὰ ἴα;
ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα;
Ποῦ μοι ταδὶ τὰ ῥόδα; ταδὶ τὰ ἴα;[3]
ταδὶ τὰ καλὰ σέλινα;

Παρὰ δὲ Συρακουσίοις καὶ χιτωνέας Ἀρτέμιδος ὄρχησίς τις ἐστὶν ἴδιος καὶ αὔλησις. ἦν δέ τις καὶ Ἰωνικὴ ὄρχησις παροίνιος. καὶ τὴν ἀγγελικὴν δὲ πάροινον[4] ἠκρίβουν ὄρχησιν. καλεῖται δέ τις καὶ ἄλλη ὄρχη-

του μετὰ ὅπλων ταύτην ὀρχησαμένου. 1 μίγγας Epit. An γίγγρας? 2 θερμαυστρίς ed. Bas. & Cas. 3 Duo posteriores versiculi desunt edd. 4 παροίνιον fors.

tatio: qua usus Ptolemaeus Alexandrum Philippi fratrem interfecit, ut narrat Marsyas, tertio libro Rerum Macedonicarum. *Furiosae* autem sunt saltationes, *cernophorus*, & *mongas*, [al. *mingas*: an *gingras?*] & *thermaustris*. Erat vero etiam apud privatos saltatio quae *flores* (ἄνθεμα) vocabatur. Hanc saltabant, cum mimico motu verba haec pronunciantes:

Ubi mihi rosae? ubi mihi violae?
ubi mihi apia pulcra?
ubi mihi rosae hae? violae hae?
apia haec pulcra?

Apud Syracusios vero fuit etiam *chitoneas* quidam, & saltatio & tibiarum modus, Dianae proprius. Fuit autem etiam *Ionica* quaedam saltatio petulans inter pocula. Atque etiam ἀγγελικὴν, quam dicebant, (id est, *nunciorum saltationem*) inter pocula exercebant. Nomina-

σις, κόσμου ἐκπύρωσις, ἧς μνημονεύει Μένιππος ὁ Κυνικὸς ἐν τῷ Συμποσίῳ. καὶ γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχή-
f σεις, ἴγδις, καὶ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε, καὶ σοβάς. [1] ἔτι δὲ μορφασμὸς, καὶ γλαὺξ, καὶ λέων, ἀλφίτων τε ἐκχύσεις, καὶ χρεῶν ἀποκοπὴ, καὶ στοιχεῖα, καὶ πυῤῥίχη. μετ' αὐλῶν δὲ ὠρχοῦντο τὴν τοῦ κελευστοῦ, καὶ τὴν καλουμένην πινακίδα. σχήματα δ' ἐστὶν ὀρχήσεως, ξιφισμὸς, καλαθισμὸς, καλλαβίδες, [2] σκὼψ, σκώπευμα. ἦν δὲ ὁ σκὼψ τῶν ἀποσκοπούντων τὸ σχῆμα, ἄκραν τὴν χεῖρα ὑπὲρ τοῦ μετώπου κεκυρτωκότων. μνημονεύει Αἰσχύλος ἐν Θεωροῖς·

Καὶ μὴν παλαιῶν τῶνδέ σοι σκωπευμάτων.

a καλλαβίδων δ' Εὔπολις, ἐν Κόλαξι·

Καλλαβίδας δὲ βαίνει, σησαμίδας δὲ χέζει.

θέρμαστρις, [3] ἑκατερίδες, [4] σκοπὸς, χεὶρ καταπρηνὴς,

1 σόβας edd. 2 καλλαχίδες edd. 3 θαυμαστρὶς edd. θαυμαστεὶς ms. *A*. Unde θαυμαστὶς legit Scal. 4 κατερίδες edd.

tur etiam alia ſaltatio *mundi combuſtio*, cuius meminit Menippus Cynicus in Sympoſio. Porro *ridiculae* ſunt ſaltationes, *igdis*, & *mactrismus*, & *apocinos*, & *ſobas*: adhaec *morphasmus*, & *noctua*, & *leo*, & *farinae effuſio*, & *novae tabulae*, (ſeu *aeris alieni abolitio*,) & *elementa*, & *pyrrhicha*. Cum tibiis vero ſaltabant *hortatoris ſaltationem*, & eam quae *lanx* vocatur. *Figurae* vero *ſaltationis* ſunt, *xiphismus*, *calathismus*, *callabides*, *ſcops*, *ſcopeuma*. Erat autem *ſcops* habitus procul ſpeculantium, extremam manum ſuper fronte curvatam tenentium: cuius Aeſchylus meminit in Theoris: Figurae ſaltationis.

Et tua quidem haec vetera ſcopeumata!

Callabidum vero Eupolis meminit in Adſentatoribus:

Callabidas incedit, ſeſamidas cacat.

Porro *thermaſtris*, *hecaterides*, *ſcopus*, *manus prona*, *ſima*

χεὶρ σιμὴ,[1] διποδισμὸς, ξύλου παράληψις, ἐπαγκωνισμὸς, καλαθίσκος,[2] στρόβιλος. καὶ Τελεσιὰς δ' ἐστὶν ὄρχησις καλουμένη, στρατιωτικὴ δ' ἐστὶν αὕτη ἀπό τινος ἀνδρὸς Τελεσίου λαβοῦσα τοὔνομα, μεθ' ὅπλων τὸ πρῶτον αὐτὴν ἐκείνου ὀρχησαμένου, ὥς φησιν Ἱππαγόρας ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ τῆς Καρχηδονίων Πολιτείας.

XXVIII. Sicinnis, saltatio Satyrica.

„Καλεῖται δ' ἡ μὲν Σατυρικὴ ὄρχησις, ὥς φησιν Ἀριστοκλῆς ἐν ὀγδόῳ τῶν Περὶ Χορῶν, σίκιννις· καὶ οἱ Σάτυροι, σικιννισταί. τινὲς δέ φασι Σίκιννόν τινα βάρβαρον εὑρετὴν αὐτῆς γενέσθαι, ἄλλοι δὲ Κρῆτα λέγουσι τὸ γένος εἶναι Σίκιννον. ὀρχησταὶ δ' οἱ Κρῆτες, ὥς φησιν Ἀριστόξενος. Σκάμων δ' ἐν πρώτῳ Περὶ Εὑρημάτων, σίκιννιν αὐτὴν εἰρῆσθαι ἀπὸ τοῦ σείεσθαι· καὶ πρῶτον ὀρχήσασθαι τὴν σίκιννιν Θέρσιππον. Πρώτη δὲ εὕρηται ἡ περὶ τοὺς πόδας κίνησις τῆς διὰ b

1 χερσὶ, μηδιποδισμὸς edd. 2 καλαθισμὸς edd.

manus, *dipodismus*, *baculus per manus traditus*, *epanconismus*, (quasi, *incubitatio*,) *calathiscus*, *strobilus*. Est etiam (figura saltationis) *telesias* quae vocatur saltatio; quae militaris est, nomenque invenit a viro quodam Telesia, qui primus illam in armis saltavit, ut Hippagoras ait, primo libro DE Carthaginiensium Republica.

28. „Vocatur autem *Satyrica saltatio*, ut ait Aristocles octavo librorum DE Choris, *sicinnis*: & Satyri, *sicinnistae*. Aiunt vero nonnulli, Sicinnum quemdam, barbarum hominem, inventorem huius fuisse: alii genere Cretensem Sicinnum fuisse tradunt. Saltatores autem sunt Cretenses; ut ait Aristoxenus. Scamon vero, primo libro DE Inventionibus, *sicinnin* nomen invenisse ait a *quatiendo*, (σείεσθαι:) primumque, qui sicinnin saltaverit, fuisse Thersippum. Obtinuit autem in saltando

c τῶν χειρῶν. οἱ γὰρ παλαιοὶ τοὺς πόδας μᾶλλον ἐγυμνάζοντο ἐν τοῖς ἀγῶσι, καὶ τοῖς κυνηγεσίοις. οἱ δὲ Κρῆτες κυνηγετικοὶ, διὸ καὶ ποδώκεις. εἰσὶ δέ τινες, οἳ καί φασι τὴν σίκιννιν ποιητικῶς ὠνομάσθαι ἀπὸ τῆς κινήσεως, ἣν καὶ οἱ Σάτυροι ὀρχοῦνται ταχυτάτην οὖσαν. οὐ γὰρ ἔχει πάθος αὕτη ἡ ὄρχησις, διὸ οὐδὲ βραδύνει. [1] Συνέστηκε δὲ καὶ Σατυρικὴ πᾶσα ποίησις τὸ παλαιὸν ἐκ χορῶν, ὡς καὶ ἡ τότε τραγῳδία· διόπερ οὐδὲ ὑποκριτὰς εἶχον. Τρεῖς δ' εἰσὶ τῆς σκηνικῆς Tria genera saltatiois scenicae & lyricae.
d ποιήσεως ὀρχήσεις, τραγικὴ, κωμικὴ, σατυρική. ὁμοίως δὲ καὶ τῆς λυρικῆς ποιήσεως τρεῖς, πυῤῥίχη, γυμνοπαιδικὴ, ὑπορχηματική. καὶ ἔστιν ὁμοία ἡ μὲν πυῤῥίχη τῇ σατυρικῇ· ἀμφότεραι γὰρ διὰ τάχους. πολεμικὴ δὲ δοκεῖ εἶναι ἡ πυῤῥίχη. ἔνοπλοι γὰρ αὐτὴν παῖδες ὀρχοῦνται· τάχους δὲ δεῖ τῷ πολέμῳ εἰς τὸ διώ-

1 ἀναδύνει edd.

pedum motus prius quam manus etiam movere coepissent. Antiquitus enim pedes magis exercebant in certaminibus & in venationibus. Sunt autem venationis studiosi Cretenses: eoque etiam pedibus veloces. Sunt etiam nonnulli, qui *sicinnin* dicant poëtica quadam ratione nominatam fuisse a *motione*, (ἀπὸ τῆς κινήσεως) qua Satyri in saltando utuntur velocissimâ. Nam adfectum non habet haec saltatio, quare nec lenta est. Constabat vero etiam omnis Satyrica poësis antiquitus e choris, quemadmodum tum antiqua tragoedia: quare hae nec histriones habebant. Tres sunt autem *scenicae* poëseos saltationes: *tragica*, *comica*, *satyrica*. Similiterque *lyricae* etiam poëseos tres: *pyrrhicha*, *gymnopaedica*, *hyporchematica*. Et est quidem pyrrhicha similis satyricae: utraque enim cum velocitate peragitur. Militaris autem ac bellica videtur esse pyrrhicha: armati enim saltant pueri: velocitate autem opus est in bello, cum ad per-

κειν, καὶ εἰς τὸ, ἡττωμένους —

Φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ᾽ αἰδεῖσθαι [1] κακοὺς [2] εἶναι.

ἡ δὲ γυμνοπαιδικὴ παρεμφερής ἐστι τῇ τραγικῇ ὀρχή- e σει, ἥτις ἐμμέλεια καλεῖται· ἐν ἑκατέρᾳ δὲ ὁρᾶται τὸ βαρὺ καὶ σεμνόν. ἡ δ᾽ ὑπορχηματικὴ τῇ κωμικῇ οἰκειοῦται, ἥτις καλεῖται κόρδαξ· παιγνιώδεις δ᾽ εἰσὶν ἀμφότεραι."

XXIX. Pyrrhicha, saltatio militaris. Ἀριστόξενος δέ φησι, τὴν πυῤῥίχην ἀπὸ Πυῤῥίχου, Λάκωνος [3] τὸ γένος, τὴν προσηγορίαν λαβεῖν· Λακωνικὸν δ᾽ εἶναι μέχρι καὶ νῦν ὄνομα τὸν Πύῤῥιχον. ἐμφανίζει δ᾽ ἡ ὄρχησις, πολεμικὴ οὖσα, ὡς Λακεδαιμονίου [4] τὸ εὕρημα. πολεμικοὶ δ᾽ εἰσὶν οἱ Λάκωνες, ὧν f καὶ υἱοὶ [5] τὰ ἐμβατήρια μέλη ἀναλαμβάνουσιν, ἅπερ καὶ ἐνόπλια καλεῖται. καὶ αὐτοὶ δ᾽ οἱ Λάκωνες ἐν τοῖς Tyrtaei carmina. πολέμοις τὰ Τυρταίου ποιήματα ἀπομνημονεύοντες,

1 μηδὲ δεῖσθαι ms. *A*. 2 κακὸς scripserat poëta. 3 τοῦ Λάκωνος ed. Casaub. 4 ὅτι Λακεδαιμονίων ed. Casaub. cum *Epit.* 5 καὶ οἱ υἱοὶ ms. *Ep.*

sequendum, tum etiam, ut, qui inferiores sunt,

fugere possint, nec maneant, nec vereantur ignavi videri.

Gymnopaedica vero similis est tragicae saltationi, quae *emmelia* vocatur: in utrâque enim spectatur gravitas & dignitas quaedam. Hyporchematica autem cognationem habet cum comica, quae *cordax* vocatur: ludicra enim utraque est. «

29. Aristoxenus vero ait, nomen invenisse *pyrrhicham* a Pyrrhicho, genere Lacedaemonio: esse enim etiam nunc Lacedaemonium nomen, *Pyrrhichum*. Declaratque etiam ipsa saltatio, cum sit bellica, Lacedaemonii hominis esse inventum. Sunt enim bellicosi Lacedaemonii, quorum etiam filii cantica ad militares numeros composita ediscunt, quae etiam *armata* (ἐνόπλια) vocantur. Et ipsi etiam Lacedaemonii in bellis carmina Tyrtaei

ἔνρυθμον [1] κίνησιν ποιοῦνται. Φιλόχορος δέ φησι, κρατήσαντας Λακεδαιμονίους Μεσσηνίων διὰ τὴν Τυρταίου στρατηγίαν, ἐν ταῖς στρατείαις ἔθος ποιήσασθαι, ἂν δειπνοποιήσωνται, καὶ παιωνίσωσιν,[2] ᾄδειν καθ' ἕνα Τυρταίου· κρίνειν δὲ τὸν πολέμαρχον, καὶ
a ἆθλον διδόναι τῷ νικῶντι κρέας. ἡ δὲ πυῤῥίχη παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν οὐκ ἔτι παραμένει· καὶ ἐκλιπούσης [3] δὲ αὐτῆς, συμβέβηκε τοὺς πολέμους καταλυθῆναι. παρὰ μόνοις δὲ Λακεδαιμονίοις διαμένει, προγύμνασμα οὖσα τοῦ πολέμου· ἐκμανθάνουσί τε πάντες ἐν τῇ Σπάρτῃ ἀπὸ πέντε ἐτῶν πυῤῥιχίζειν. Ἡ δὲ καθ' ἡμᾶς πυῤῥίχη Διονυσιακή τις εἶναι δοκεῖ, ἐπιεικεστέρα οὖσα τῆς ἀρχαίας. ἔχουσι γὰρ οἱ ὀρχούμενοι θύρσους ἀντὶ δοράτων, προΐενται δ' ἐπ' ἀλλήλους καὶ νάρθηκας, καὶ λαμπάδας φέρουσιν· ὀρχοῦνταί τε

Pyrrhicha ludicra.

1 εὔρυθμον ed. Bas. & ms. *Ep.* 2 παιανίσωσιν ed. Casaub. & ms. *Ep.* 3 ἐκλειπούσης edd.

recitantes, numeroso passu gradiuntur. Philochorus vero ait, Lacedaemonios, postquam duce Tyrtaeo Messenios superassent, in expeditionibus bellicis morem instituisse, ut, coenâ peractâ, & decantato hymno, singuli canerent Tyrtaei aliquod carmen, iudex autem esset Polemarchus, & victori praemium daret carnem. Pyrrhicha autem apud alios quidem Graecos non amplius in usu est: & eâ obsoletâ bella etiam desierunt. Apud solos vero Lacedaemonios manet, & est exercitatio ad bellum praeparans iuvenes: & Spartae pueri omnes a quinto aetatis anno pyrrhicham saltare discunt. Nostra vero aetate *pyrrhicha*, *Bacchica* quaedam esse videtur, lenior quam olim: habent enim saltantes thyrsos pro hastis, & ferulas adversus se invicem proiiciunt, & lampades gestant: saltantque res ad Bacchum spectan-

τὰ περὶ τὸν Διόνυσον, καὶ τὰ περὶ τοὺς Ἰνδοὺς, ἔτι b
τε τὰ περὶ τὸν Πενθέα. Τακτέον δ' ἐπὶ τῆς πυῤῥίχης τὰ κάλλιστα μέλη, καὶ τοὺς ὀρθίους [1] ῥυθμούς.

XXX. Gymnopaedica saltatio.

Ἔοικε δὲ ἡ γυμνοπαιδικὴ τῇ καλουμένῃ ἀναπάλῃ παρὰ τοῖς παλαιοῖς. γυμνοὶ γὰρ ὀρχοῦνται οἱ παῖδες πάντες, ἐνρύθμους [2] φοράς τινας ἀποτέμνοντες, [3] καὶ σχήματά τινα τῶν χειρῶν κατὰ τὸ ἀπαλόν· [4] ὥστ' ἐμφαίνειν θεώρημά τι τῆς παλαίστρας, καὶ τοῦ παγκρατίου, κινοῦντες εὐρύθμως [5] τοὺς πόδας. τρόποι δ' αὐτῆς, οἵ τε ὠσχοφορικοὶ, [6] καὶ οἱ βακχικοὶ, ὥστε καὶ τὴν ὄρχησιν ταύτην εἰς τὸν Διόνυσον ἀναφέρεσθαι. Ἀριστόξενος δέ φησιν, ὡς οἱ παλαιοὶ, c
γυμναζόμενοι πρῶτον ἐν τῇ γυμνοπαιδικῇ, εἰς τὴν πυῤῥίχην ἐχώρουν πρὸ τοῦ εἰσιέναι εἰς τὸ θέατρον. καλεῖται δ' ἡ πυῤῥίχη καὶ χειρονομία. Ἡ δ' ὑπορχηματι-

1 ὀρθρίους Ms. 2 εὐρύθμους edd. cum ms. *Ep.* 3 ἀποτελοῦντες ms. *Ep. inter lin.* quod verum videtur. 4 ἅπαλον hariolatus sum. 5 ἐνρύθμως videtur esse in ms. *Ep.* 6 ὠσχοφορικοὶ ms. *A.* ὀσχοφορικοὶ ed. Cas.

tes, & quae in India gesta sunt, & quae Pentheo acciderunt. Adhibenda autem ad pyrrhicham sunt pulcerrima cantica, & *orthii* qui vocantur (id est, intenti sonorique) numeri.

30. Similis autem est *gymnopaedica* ei quae apud veteres *anapale* dicta est. Nudi enim saltant pueri omnes, & impetus quosdam peragunt numerosos, & figuras quasdam manuum, quo tempore feriantur luctatores; ut praebeant speciem quamdam palaestrae & pancratii, concinno rhythmo moventes pedes. Modi eius sunt, *oschophorici*, & *bacchici*; ut etiam haec saltatio ad Bacchum referatur. Aristoxenus vero ait, olim postquam in gymnopaedia essent exercitati, tum demum ad pyrrhicham esse progressos, priusquam theatrum ingrederentur. Vocatur autem *pyrrhicha* etiam *chironomia.*

κή ἐστιν, ἐν ᾗ ᾄδων ὁ χορὸς ὀρχεῖται. Φησὶ γοῦν ὁ Βακχυλίδης· Hyporchematica.

Οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς.

καὶ Πίνδαρος δέ φησί·

Λάκαινα μὲν παρθένων ἀγέλα.

ὀρχοῦνται δὲ ταύτην παρὰ τῷ Πινδάρῳ οἱ Λάκωνες· καὶ ἔστιν ὑπορχηματικὴ ὄρχησις ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. βέλτιστοι δ' εἰσὶ τῶν τρόπων οἵτινες καὶ ὀρχοῦνται. d εἰσὶ δὲ οἵδε, προσῳδιακοὶ, ἀποστολικοὶ, (οὗτοι δὲ καὶ παρθένιοι καλοῦνται) καὶ οἱ τούτοις ὅμοιοι. τὸν γὰρ ὕμνον οἱ μὲν ὠρχοῦντο, οἱ δὲ οὐκ ὠρχοῦντο· ἢ τοὺς [1] εἰς Ἀφροδίτην καὶ Διόνυσον, καὶ τὸν Παιᾶνα δὲ, [2] ὁτὲ μὲν, ὁτὲ δὲ [3] οὔ. Εἰσὶ δὲ καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις, ὥσπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι, σπουδαῖαι καὶ φαῦλαι ὀρχήσεις. ὁ μὲν κόρδαξ παρ' Ἕλλησι φορτικὸς, ἡ δ' ἐμμέλεια σπουδαία· καθάπερ καὶ ἡ πα-

1 καὶ τοὺς ed. Cas. 2 Deest δὲ edd. 3 ὅτε μὲν, ὅτε δὲ edd.

Hyporchematica vero est, in qua canens chorus saltat. Igitur Bacchylides ait:

Non iam sedendi locus, aut cunctandi.

Et Pindarus dicit:

Laconicus virginum grex.

Saltant enim hanc apud Pindarum Lacedaemonii: & est hyporchematica saltatio virorum mulierumque. Optimi autem modorum illius sunt qui etiam saltantur. Sunt autem hi, *prosodiaci*, *apostolici*, qui etiam *parthenii* vocantur, & his similes. Nam hymnum alii saltabant, alii non saltabant: aut hymnos in Venerem & Bacchum, atque etiam Paeanem, aliàs saltabant, aliàs non. Sunt vero etiam apud barbaros, quemadmodum & apud Graecos, saltationes aliae decorae honestaeque, aliae contra. Sic cordax apud Graecos parum decorus est: emmelia vero, honesta & decora; quemadmodum apud

ρὰ Ἀρκάσι κίδαρις, παρὰ Σικυωνίοις τε ὁ ἀλητήρ. οὕτως δὲ καὶ ἐν Ἰθάκῃ καλεῖται, ἀλητήρ· ὡς Ἀριστόξενος ἱστορεῖ ἐν πρώτῳ Συγκρίσεων. Καὶ περὶ μὲν ὀρ- e χήσεως τοσαῦτά μοι ἐπὶ τοῦ παρόντος λέλεκται.[1]

XXXI. Musicae proprius decor.

Τὸ δὲ παλαιὸν ἐτηρεῖτο περὶ τὴν μουσικὴν τὸ καλὸν, καὶ πάντ' εἶχε κατὰ τὴν τέχνην τὸν οἰκεῖον αὐτοῖς κόσμον. διόπερ ἦσαν ἴδιοι καθ' ἑκάστην ἁρμονίαν αὐλοὶ, καὶ ἑκάστοις αὐλητῶν ὑπῆρχον αὐλοὶ ἑκάστῃ ἁρμονίᾳ πρόσφοροι ἐν τοῖς ἀγῶσιν. Πρόνομος δ' ὁ Θηβαῖος πρῶτος ηὔλησεν ἀπὸ τῶν αὐτῶν[2] αὐλῶν τὰς [τρεῖς][3] ἁρμονίας. νῦν δὲ εἰκῇ καὶ ἀλόγως ἅπτονται τῆς μουσικῆς.

Vulgi plausus, malum omen.

Καὶ πάλαι μὲν τὸ παρὰ τοῖς ὄχλοις εὐδοκιμεῖν, σημεῖον ἦν κακοτεχνίας. ὅθεν καὶ Ἀσωπό- f δωρος ὁ Φλιάσιος, κροταλιζομένου ποτέ τινος τῶν αὐλητῶν, διατρίβων αὐτὸς ἔτι ἐν τῷ ὑποσκηνίῳ· „Τί

1 λελέχθω malebam. 2 Deeſt αὐτῶν vulgo. ὑπὸ τῶν αὐλῶν ms. *Ep.* 3 τὰς ἁρμονίας vulgo. Forſ. πάσας τὰς ἁρμονίας.

Arcadas *cidaris*, & apud Sicyonios *aleter*. Eodem vero nomine *aleter* etiam in Ithaca vocatur ſaltatio quaedam; ut Ariſtoxenus tradit primo libro Comparationum. Ac de ſaltatione quidem haec in praeſentia dicta ſunto.

31. Olim autem ſervabatur in Muſica decor & honeſtas: & omnia in hac arte convenientem habebant ornatum. Itaque cuique harmoniae proprium erat tibiarum genus, & ſingulis tibicinibus erant tibiae cuique harmoniae aptae in publicis certaminibus. Pronomus vero Thebanus primus eisdem tibiis omnes harmonias peregit. Nunc vero temere & inconſiderate Muſicam attingunt. Et olim quidem, placuiſſe populari turbae indicium erat imperitiae. Quare etiam Aſopodorus Phliaſius, quum magno plauſu laudaretur aliquis e tibicinibus, dum ipſe adhuc in hypoſcenio moraretur: *Quid*

τοῦτ'; εἶπεν, δῆλον ὅτι μέγα κακὸν γέγονεν· " ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἐν τοῖς πολλοῖς εὐδοκιμήσαντος. οἶδα δέ τινας τοῦθ' ἱστορήσαντας ὡς Ἀντιγενίδου εἰπόντος. Καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς δὲ τέλος ποιοῦνται τῆς τέχνης τὴν παρὰ
a τοῖς θεάτροις εὐημερίαν. διόπερ Ἀριστόξενος ἐν τοῖς Συμμίκτοις Συμποτικοῖς· „Ὅμοιον, φησὶ, ποιοῦμεν Ποσειδωνιάταις, τοῖς ἐν τῷ Τυρσηνικῷ κόλπῳ κατοικοῦσιν. οἷς συνέβη, τὰ μὲν ἐξαρχῆς Ἕλλησιν οὖσιν, ἐκβεβαρβαρῶσθαι, Τυῤῥηνοῖς ἢ Ῥωμαίοις γεγονόσι, καὶ τήν τε φωνὴν μεταβεβληκέναι, τά τε λοιπὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων· ἄγειν τε μίαν τινὰ αὐτοὺς τῶν ἑορτῶν τῶν Ἑλληνικῶν ἔτι καὶ νῦν, ἐν ᾗ συνιόντες ἀναμιμνήσκονται τῶν ἀρχαίων ἐκείνων ὀνομάτων τε καὶ νομίμων,
b καὶ ἀπολοφυράμενοι [1] πρὸς ἀλλήλους καὶ ἀποδακρύσαντες ἀπέρχονται. οὕτω δὴ οὖν, φησὶ, [2] καὶ ἡμεῖς, ἐπειδὴ καὶ τὰ θέατρα ἐκβεβαρβάρωται, καὶ ἐς μεγάλην διαφθορὰν [3] προελήλυθεν ἡ πάνδημος αὕτη μου-

Paestani, olim Graeci, patrium sermonem & instituta dedifcunt.

1 ἀπολοφυρ. δὲ edd. & carent καί. 2 φασὶ Ms. 3 διαφορὰν vulgo,

hoc? inquit; *ingens haud dubie peccatum commissum est:* significans, alioquin multitudinem non fuisse plausuram. Novi vero, a nonnullis ad Antigenidem referri id dictum. Sed etiam nostra aetate artifices finem statuunt artis, theatri plausum. Quare Aristoxenus in Miscellaneis Convivalibus: »Similiter facimus, ait, atque Posidoniatae, in sinu Tyrrheno habitantes: qui, cum origine Graeci essent, barbari facti sunt, Tyrrheni aut Romani, & sermonem reliquaque maiorum instituta mutarunt; unum autem festum Graecanicum agunt ad hunc usque diem, quo unà congressi in memoriam revocant prisca nomina & instituta, & sortem suam invicem conquesti lamentatique discedunt. Sic igitur, inquit, nos quoque, postquam theatra nostra barbara facta sunt, & misere corrupta ars haec musica & prostituta est, pau-

σικῇ, καθ' αὑτοὺς γενόμενοι ὀλίγοι ἀναμιμνησκόμεθα, ¹ οἷα ἦν ἡ μουσική." ταῦτα μὲν ὁ Ἀριστόξενος.

XXXII. Musica, Philosophiae coniuncta.

Κἀμοὶ δὲ διὰ τοῦτο φαίνεται φιλοσοφητέον εἶναι περὶ Μουσικῆς. καὶ γὰρ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος, τηλικαύτην δόξαν ἔχων ἐπὶ φιλοσοφίᾳ, καταφανής ἐστιν ἐκ πολλῶν οὐ παρέργως ἁψάμενος μουσικῆς· ὅς γε c
καὶ τὴν τοῦ παντὸς οὐσίαν διὰ μουσικῆς ἀποφαίνει συγκειμένην. τὸ δὲ ὅλον, ἔοικεν ἡ παλαιὰ τῶν Ἑλλήνων σοφία τῇ μουσικῇ μάλιστα εἶναι δεδομένη. ² καὶ διὰ τοῦτο τῶν μὲν θεῶν Ἀπόλλωνα, τῶν δὲ ἡμιθέων Ὀρφέα, μουσικώτατον καὶ σοφώτατον ἔκρινον· καὶ πάντας τοὺς χρωμένους τῇ τέχνῃ ταύτῃ, σοφιστὰς ἀπεκάλουν, ὥσπερ καὶ Αἰσχύλος ἐποίησεν·

Εἶτ' οὖν σοφιστὴς καλὰ παραπαίων χέλυν.

Homeri carmina ad cantum comparata.

Ὅτι δὲ πρὸς τὴν μουσικὴν οἰκειότατα διέκειντο οἱ ἀρχαῖοι, δῆλον καὶ ἐξ Ὁμήρου· ὃς, διὰ τὸ μεμελοποιη- d

1 ἀναμιμνησκώμεθα ms. A. 2 δεδεμένη corr. Casaub.

ci una congressi in memoriam revocamus qualis fuerit Musica.« Haec igitur Aristoxenus.

32. Quare & mihi videtur de Musica esse philosophandum. Nam & Pythagoram Samium, clarissimi nominis philosophum, multis documentis constat haud perfunctorie Musicam attigisse: qui quidem etiam universi naturam musicis rationibus compositam statuit. Videturque omnino prisca Graecorum sapientia cum Musica maxime fuisse coniuncta. Quapropter etiam ex Deorum numero Apollinem, & ex semideorum Orpheum, musices peritissimos sapientissimosque iudicabant: & omnes hac arte utentes *sophistas* vocabant; quemadmodum etiam Aeschylus in illo versu:

Igitur pulcre testudinem pulsans sophista.

Studio autem musices admodum captos fuisse veteres, ex Homero etiam adparet: qui, quoniam ad cantum ad-

κέναι πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν ποίησιν, ἀφροντιστὶ τοὺς πολλοὺς ἀκεφάλους ποιεῖ στίχους, καὶ λαγαροὺς, ἔτι δὲ μειούρους. Ξενοφάνης δὲ, καὶ Σόλων, καὶ Θέογνις, καὶ Φωκυλίδης, ἔτι δὲ Περίανδρος ὁ Κορίνθιος ἐλεγειοποιὸς, καὶ τῶν λοιπῶν οἱ μὴ προσάγοντες πρὸς τὰ ποιήματα μελῳδίαν, ἐκπονοῦσι τοὺς στίχους τοῖς ἀριθμοῖς καὶ τῇ τάξει τῶν μέτρων, καὶ σκοποῦσιν ὅπως αὐτῶν μηθεὶς ἀκέφαλος ἔσται, μήτε λαγαρὸς, μή-
e τε μείουρος. Ἀκέφαλοι δέ εἰσιν οἱ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τὴν χωλότητα ἔχοντες· Versus ἀκέφαλοι, λαγαροὶ, & μείουροι.

Ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο.
Ἐπίτονος τετάνυστο βοὸς ἶφι κταμένοιο.

Λαγαροὶ δὲ οἱ ἐν μέσῳ. οἷον·

Αἶψα δ' ἄρ' Αἰνείαν υἱὸν φίλον Ἀγχίσαο.
Τῶν αὖθ' ἡγείσθην [1] Ἀσκληπιοῦ δύο παῖδες.

Μείουροι δέ εἰσιν οἱ ἐπὶ τῆς ἐκβολῆς. οἷον,

f Τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.

1 ἡγάσθην edd.

aptavit omnia sua carmina, secure tam multos versus *acephalos* fecit, & *lagaros*, & *miuros*. Xenophanes vero, & Solon, & Theognis, & Phocylides, item Periander Corinthius poëta elegiacus, & reliqui qui melodiam ad sua poëmata non adhibent, numeris & ordine metrorum elaborant suos versus, curantque ne nullus eorum aut acephalus sit, aut lagarus, aut miurus. Vocantur autem *acephali*, qui in ipso initio claudicant; veluti ille, qui a voce Ἐπειδὴ incipit; (*Iliad.* XXIII. 2.) aut a vocabulo Ἐπίτονος. (*Odyss.* XII. 423.) *Lagari* vocantur versus, qui in medio claudicant; velut ille,

Αἶψα δ' ἄρ' Αἰνείαν υἱὸν φίλον Ἀγχισάο.

aut ille, *Iliad.* II. 731. (*ubi in voce* Ἀσκληπιοῦ *penultima naturâ brevis pro longâ ponitur.*) *Miuri* vero sunt, qui in exitu claudicant; velut ille, (*Iliad.* XII. 208.) qui in vo-

Καλὴ Κασσιέπεια θεοῖς δέμας ἐοικυῖα.
Τοῦ Φέρον ἐμπλήσας ἀσκὸν μέγαν, ἐν δὲ καὶ ᾔϊα.

XXXIII. Lacedaemonii priscae musicae studiosi.

Διετήρησαν δὲ [1] μάλιστα τῶν Ἑλλήνων Λακεδαιμόνιοι τὴν μουσικὴν, πλείστῃ [2] αὐτῇ χρώμενοι· καὶ συχνοὶ παρ' αὐτοῖς ἐγένοντο μελῶν ποιηταί. τηροῦσί γε καὶ νῦν τὰς ἀρχαίας ᾠδὰς ἐπιμελῶς, πολυμαθεῖς τε εἰς ταύτας εἰσὶ καὶ ἀκριβεῖς. ὅθεν καὶ Πρατίνας φησί·

Λάκων ὁ τέττιξ, εὔτυκος [3] εἰς χορόν.

διὸ καὶ οἱ ποιηταὶ διετέλουν προσαγορεύοντες οὕτως τὰς ᾠδάς·

„γλυκυτάτων πρύτανιν ὕμνων."

καί· „μέλεα μελιπτέρωτα Μουσᾶν." [4]

Ἀπὸ γὰρ τῆς τοῦ βίου σωφροσύνης καὶ αὐστηρίας μετέβαινον ἀσμένως ἐπὶ τὴν μουσικὴν, ἐχούσης τὸ κη-

[1] δὲ καὶ μάλιστα edd. [2] πλεῖστον edd. [3] εὔτυχες edd.
[4] μελιπτέρωτα Μοῦσαι edd.

cem ὄφιν exit; aut ille,

Καλὴ Κασσιέπεια θεοῖς δέμας ἐοικυῖα: (*Iliad.* VIII. 305.) aut is qui in ᾔϊα exit. (*Odyss.* IX. 212.)

33. Maxime vero Graecorum omnium Musicam integram servarunt Lacedaemonii, qui plurimum illâ utuntur, & apud quos frequentes fuerunt canticorum poëtae. Quin etiam nunc priscas odas studiose conservant, & plerasque ediscunt & adcurate tenent. Quare etiam Pratinas dicit:

Lacedaemonius cantor, aptus ad chorum.

Ob eamdemque caussam poëtae sic adpellare perseverarunt odas:

Dulcissimorum praesidem hymnorum:

&: *Cantica mellita alataque Musarum.*

Nam a vitae frugalitate & austeritate libenter ad Musicam sese convertebant, cuius scientia vim habet ani-

λεπτικὸν τῆς ἐπιστήμης. εἰκότως οὖν ἐγίνετο χαίρειν τοὺς ἀκροωμένους· ἐκάλουν δὲ καὶ χορηγοὺς, ὥς φησιν Choragi.
b ὁ Βυζάντιος Δημήτριος ἐν τετάρτῳ Περὶ Ποιήματος, οὐχ ὥσπερ νῦν τοὺς μισθουμένους [1] τοὺς χορούς, ἀλλὰ τοὺς καθηγουμένους τοῦ χοροῦ, καθάπερ αὐτὸ τοὔνομα σημαίνει. ἦν δὲ αὐτοῖς [2] καὶ τὸ χρηστομουσεῖν, καὶ μὴ παραβαίνειν τοὺς ἀρχαίους τῆς μουσικῆς νόμους. Συνέβαινε δὲ τὸ μὲν παλαιὸν φιλομουσεῖν τοὺς Ἕλληνας· μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης ἀταξίας, καταγηρασάντων σχεδὸν ἁπάντων τῶν ἀρχαίων νομίμων, ἥ τε προαίρεσις αὕτη κατελύθη, καὶ τρόποι μουσικῆς φαῦλοι κατεδείχθησαν, οἷς ἕκαστος τῶν χρω-
c μένων, ἀντὶ μὲν πρᾳότητος, περιεποιεῖτο μαλακίαν, ἀντὶ δὲ σωφροσύνης, ἀκολασίαν καὶ ἄνεσιν. ἔσται [3] δ' ἴσως τοῦτο μᾶλλον, καὶ ἐπὶ πλέον προαχθήσεται, ἐὰν μή τις ἀγάγῃ πάλιν εἰς τὸ συμφανὲς τὴν πά- Musica, ad Deorum & fortium Virorum laudes adhibenda.

1 μισθωμένους edd. 2 Tria verba desunt edd. & ms. A. Casaubonus corrigebat, τοὺς καθηγουμένους τοῦ χοροῦ (καθ. αὐτ. τοὔν. σημαίνει) πρὸς τὸ χρηστομουσεῖν. 3 ἔτι δ' ἴσως malim.

mos demulcendi: quare etiam consentaneum erat, ut delectarentur audientes. Vocabant autem *choragos*, ut ait Demetrius Byzantius quarto libro De Poëmate, non, ut nunc, eos qui choros mercede conducunt, sed chori duces & institutores, quemadmodum nomen quoque indicat. Itaque bonam etiam conservarunt Musicam, neque transgressi sunt veteres Musicae leges. Omnino autem antiquitus Musices studiosi fuerant Graeci: postea vero turbato ordine, antiquatis fere omnibus priscis institutis, hoc quoque obsoletum est institutum, & pravi Musices invecti sunt modi: quibus utens unusquisque, loco lenitatis mollitiem, & pro modestiâ petulantiam & licentiam sectati sunt. Et hoc quidem malum latius etiam fortasse serpet, & longius progredietur, nisi quis avi-

τριον μουσικήν. τὸ παλαιὸν γὰρ καὶ τῶν ἡρώων τὰς πράξεις, καὶ τῶν θεῶν τοὺς ὕμνους δι' ᾠδῆς ἐποιοῦντο. Ὅμηρος γοῦν φησιν ἐπ' Ἀχιλλέως·

— Ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν

ἡρώων. καὶ τὸν Φήμιον δέ φησιν, ὅτι

— πολλὰ βροτῶν θελκτήρια οἶδεν,

ἔργ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε, τά τε κλείουσιν ἀοιδοί.

Τὸ δὲ ἔθος τοῦτο καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις ἐσώζετο, d ὥς φησι Δίνων ἐν τοῖς Περσικοῖς. τὴν γοῦν Κύρου τοῦ πρώτου ἀνδρείαν, καὶ τὸν μέλλοντα πόλεμον ἔσεσθαι πρὸς Ἀστυάγην προείδοντο οἱ ᾠδοί. „Ὅτε γάρ, φησίν, ἠγήσατο τὴν εἰς Πέρσας ἀποδημίαν ὁ Κῦρος· (ἐγεγόνει δ' αὐτοῦ πρότερον ἐπὶ τῶν ῥαβδοφόρων, εἶθ' ὕστερον ἐπὶ τῶν ὁπλοφόρων, καὶ ἀπῆλθεν·) εὐωχουμένου οὖν τοῦ Ἀστυάγους μετὰ τῶν φίλων, τότε Ἀγγάρης ὄνομα (οὗτος δ' ἦν τῶν ᾠδῶν ὁ ἐνδοξότατος) ᾖδεν εἰσκληθεὶς τά τε ἄλλα τῶν εἰθισμένων, καὶ τὸ

Cyri virtutem praedicit cantor.

tam Musicam in lucem reducat. Nam olim & heroum res gestas & Deorum hymnos canticis prosequebantur. Homerus sane de Achille dicit:

— *Canebat gloriosa virorum facta*

heroum. Et, *Phemium*, ait,

— *plurium mortalium oblectamenta novisse*,

gesta virorum Deorumque, quae celebrant cantores.

Idemque mos apud barbaros etiam servabatur; ut ait Dinon in Persicis. Cyri certe superioris virtutem & futurum cum Astyage bellum praeviderunt cantores. » Quum enim iter in Persiam suscepisset Cyrus, postquam primum satellitibus, & deinde militibus ibi fuerat praefectus, ac deinde discessit; convivante Astyage cum amicis, intro vocatus cantorum nobilissimus, Angares nomine, cantavit & alia usitata, & ad extremum dixit:

e ἔσχατον εἶπεν, ὡς „ἀφεῖται εἰς τὸ ἕλος [1] θηρίον μέγα, θρασύτερον ὑὸς ἀγρίου· ὃ ἂν κυριεύσῃ τῶν καθ' αὑτὸν τόπων, πολλοῖς μετ' ὀλίγον [2] ῥᾳδίως μαχεῖται.“ ἐρομένου δὲ τοῦ Ἀστυάγους, ποῖον θηρίον; ἔφη· „Κῦρον τὸν Πέρσην.“ νομίσας οὖν ὀρθῶς αὐτὸν ὑπωπτευκέναι, καὶ μεταπεμπόμενος, οὐδὲν ὤνησεν.“ [3]

Ἐγὼ δὲ, ἔχων ἔτι πολλὰ λέγειν περὶ Μουσικῆς, αὐλῶν ἀκούων βόμβου, καταπαύσω τὸ πολυλογεῖν, τὰ ἐκ Φιλαύλου Φιλεταίρου ἐπειπών· XXXIV. Instrumenta musica.

Ὦ Ζεῦ, καλόν γ' ἐστὶν ἀποθανεῖν αὐλούμενον.
f τούτοις ἐν ᾅδου γὰρ μόνοις ἐξουσία
ἀφροδισιάζειν ἐστίν. οἱ δὲ τοὺς τρόπους
ῥυπαροὺς ἔχοντες μουσικῆς ἀπειρίᾳ,
εἰς τὸν πίθον φέρουσι τὸν τετρημένον. [4]

Μετὰ δὲ ταῦτα ζητήσεως γενομένης περὶ σαμβύ- Sambuca, instrumentum musicum.

1 εἰς τὸ ἔλεος ms. *A*. εἰς τοὺς Ἕλληνας ms. *Ep*. 2 μετ' ὀλίγων edd. 3 ἤνυσεν edd. 4 Temere τετρημμένον ed. Bas. & Cas.

Dimittitur in paludem fera ingens, apro ferocior; quae postquam locis circa se sitis fuerit potita, breve post tempus [sive, *cum paucis*] *adversus multos facile pugnabit.* Interrogante vero Astyage, *qualem feram* diceret, respondit: *Cyrum Persam.* Igitur, recte eum suspicatum esse existimans rex, misit qui revocarent Cyrum, sed nihil profecit. *u*

34. Ego vero, quamvis multa sint quae de Musica etiamnum disputare poteram, tamen cum tibiarum audiam sonum, loquacitati meae hic finem imponam, postquam haec adhuc ex Philetaeri Philaulo adiecero:

Proh Iupiter! pulcrum sane est mori ad tibiae sonum.
His solis apud inferos potestas sit
fruendi Venere. Quibus autem mores
sordidi sunt ignoratione Musices,
hi in pertusum dolium aquam ingerunt.

Posthaec exortâ quaestione de *sambucâ*, dixit Masu-

κης, ἔφη ὁ Μασσούριος, ὀξύφθογγον εἶναι μουσικὸν ὄργανον τὴν σαμβύκην, διειλέχθαι τε περὶ αὐτοῦ Εὐφορίωνα, τὸν αὐτὸν ἐποποιὸν, ἐν τῷ Περὶ Ἰσθμίων, χρῆσθαι φήσας αὐτῷ Πάρθους καὶ Τρωγλοδύτας, τετραχόρδῳ ὄντι· ἱστορεῖν δὲ τοῦτο Πυθαγόραν ἐν τῷ Πε- a
ρὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Καλεῖται δέ τι καὶ τῶν πολιορκητικῶν ὀργάνων σαμβύκη· οὗ τό τε σχῆμα, καὶ τὴν κατασκευὴν ἀποδείκνυσι Βίτων ἐν τῷ πρὸς Ἄτταλον Περὶ Ὀργάνων. καὶ Ἀνδρέας ὁ Πανορμίτης,[1] ἐν τῷ τριακοστῷ τρίτῳ τῶν Σικελικῶν τῶν κατὰ πόλιν, ὡς ἀπὸ δύο ὄνων[2] προσάγοιτο τοῖς τῶν ἐναντίων τείχεσι· καλεῖσθαί τε σαμβύκην, ἐπειδὴ,[3] ὅταν ἐξαρθῇ, γίνεται σχῆμα νεὼς καὶ κλίμακος ἑνοποιούμενον[4] ὅμοιον οἷον δή τι[5] ἐστὶ καὶ τὸ τῆς σαμβύκης. Μόσχος δ', ἐν πρώτῳ Μηχανικῶν, Ῥωμαϊκὸν b

Sambuca machina poliorcetica.

1 Temere Πανορμίτης ed. Bas. & Cas. 2 ἀπὸ δύο νεῶν corr. viri docti. 3 ἐπεὶ ms. *Ep.* 4 ἑνοποιουμένων ms. *Ep.* 5 ὅμοιον δέ τι vulgo.

rius, esse sambucam musicum instrumentum, acutum sonum edens; de eoque verba fecisse Euphorionem, eumdem qui Epicorum etiam carminum auctor est, in libro De Isthmiis; quo instrumento usos esse ait Parthos & Troglodytas, quatuor fidibus tenso: tradere autem haec ait Pythagoram in libro De Erythraeo Mari. Vocatur vero etiam bellica quaedam machina *sambuca*, oppugnandis urbibus inserviens: cuius formam structuramque declarat Biton, in libro De Machinis ad Attalum. Et Andreas Panormitanus, tertio & trigesimo libro Rerum Sicularum oppidatim expositarum, ait muris hostium eam admoveri duabus suculis: [*sive*, duabus navibus impositam:] vocari autem *sambucam*, quoniam, postquam erecta est, forma navis & scalae in unum iuncta similis fit quodammodo figurae quam sambuca refert. Moschus vero, primo libro Mechanicorum, Ro-

εἶναι λέγει τὸ μηχάνημα, καὶ Ἡρακλείδην τὸν Ταραντῖνον εὑρεῖν αὐτοῦ τὸ εἶδος. Πολύβιος δ' ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Ἱστοριῶν· „Μάρκελλος, φησὶ, δυσχρηστούμενος ἐν τῇ Συρακουσῶν πολιορκίᾳ ὑπὸ τῶν Ἀρχιμήδους κατασκευασμάτων, ἔλεγε, ταῖς μὲν ναυσὶν αὐτοῦ κυαθίζειν ἐκ θαλάσσης Ἀρχιμήδην, τὰς δὲ σαμβύκας ῥαπιζομένας ὥσπερ ἐκ πότου μετ' αἰσχύνης ἐκπεπτωκέναι."

Εἰπόντος δ' ἐπὶ τούτοις Αἰμιλιανοῦ· Ἀλλὰ μὴν, XXXV. Magadis, non est ex Tibiarum genere.
C ὦ ἑταῖρε Μασσούριε, πολλάκις καὶ αὐτὸς ἐν ἐννοίᾳ γίνομαι, μουσικῆς ὢν ἐραστὴς, περὶ τῆς μαγάδιδος καλουμένης, πότερον αὐλῶν εἶδος, ἢ κιθάρας ἐστίν. ὁ μὲν γὰρ ἥδιστος Ἀνακρέων λέγει που·

ψάλλω δ' εἴκοσι
χορδαῖσι μάγαδιν ἔχων,
ὦ Λεύκασπι· σὺ δ' ἡβᾷς.

manam ait esse machinam, cuius fabricam invenisset Heraclides Tarentinus. Polybius vero, octavo libro Historiarum, scribit: »Marcellus, in Syracusarum obsidione multa incommoda passus ab Archimedis machinis, dicebat: *Navibus suis e mari potum infundere Archimedem, sambucas vero colaphis percussas quasi e compotatione cum ignominia eiectas esse.* «

35. Post haec Aemilianus ait: At, o amice Masuri, saepius ego quoque, utpote Musices studiosus, de *Magadide* quae vocatur, dubitare mecum soleo, sit-ne tibiarum genus, an fidium. Nam suavissimus Anacreon dicit alicubi:

Cano, viginti chordis
tensam magadin pulsans,
o Leucaspi; tu vero pubescis.

Ἴων δ' ὁ Χῖος ἐν Ὀμφάλῃ, ὡς περὶ αὐλῶν λέγει, διὰ τούτων·

Λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

Aristarchi Grammatici elogium. Ὅπερ ἐξηγούμενος ἰαμβεῖον Ἀρίσταρχος ὁ γραμματικὸς, ὃν μάντιν ἐκάλει Παναίτιος ὁ Ῥόδιος φιλόσοφος, διὰ τὸ ῥᾳδίως καταμαντεύεσθαι τῆς τῶν ποιημάτων διανοίας, γένος αὐλοῦ φησιν εἶναι τὸν μάγαδιν· οὔτ' Ἀριστοξένου τοῦτ' εἰπόντος ἐν τοῖς Περὶ Αὐλητῶν, ἢ ἐν τοῖς Περὶ Αὐλῶν καὶ Ὀργάνων, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ Ἀρχεστράτου· πεποίηται γὰρ καὶ τούτῳ δύο βιβλία [1] Περὶ Αὐλητῶν. οὐκ εἶπε δὲ τοῦτο οὐδὲ Πύῤῥανδρος [2] ἐν τῷ Περὶ Αὐλητῶν· οὐδὲ Φίλλις [3] ὁ Δήλιος· ξυνέγραψε γὰρ καὶ οὗτος Περὶ Αὐλητῶν, καὶ Εὐφράνωρ. Τρύφων δ', ἐν δευτέρῳ Περὶ Ὀνομασιῶν, λέγει οὕτως· „Ὁ δὲ μάγαδις [4] καλούμενος αὐλός." καὶ πάλιν· „μάγαδις ἐν ταυτῷ ὀξὺν καὶ βαρὺν φθόγ- e

1 βυβλία h. l. ed. Ven. Bas. & Cas. 1. nescio an & ms. *A*. 2 Πύρανδρος ed. Cas. 3 Φύλλις corr. Casaub. 4 μάγαδος h. l. edd.

Ion autem Chius, in Omphale, sic loquitur quasi tibia esset magadis, dicens:

Et Lydia magadis tibia praeeat clamori.

Quem versiculum exponens Aristarchus Grammaticus, is quem Panaetius Rhodius philosophus, propter facilitatem qua valebat ad divinandam carminum sententiam, *vatem* adpellare consueverat, tibiarum genus esse magadin ait: quod tamen nec Aristoxenus dixit in libro De Tibicinibus, nec in libris De Tibiis & Instrumentis musicis; nec vero Archestratus, cuius item exstant duo libri De Tibicinibus. Neque Pyrrhander hoc dixit in libro De Tibicinibus; nec Phillis Delius; nam & hic de Tibicinibus scripsit, item Euphranor. Tryphon vero, secundo libro De Nomenclaturis, ita scribit: » *Magadis tibia* quae vocatur.« & deinde: » magadis simul

γον ἐπιδείκνυται, ὡς Ἀναξανδρίδης [1] ἐν Ὁπλομάχῳ φησί·

Μάγαδιν λαλήσω μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγα." [2]

Τὴν ἀπορίαν οὖν μοι ταύτην οὐδεὶς ἄλλος δυνήσεται ἀπολύσασθαι, καλὲ Μασσούριε, ἢ σύ.

Καὶ ὃς ἔφη· Δίδυμος ὁ γραμματικὸς ἐν ταῖς Πρὸς Ἴωνα Ἀντεξηγήσεσιν, ἑταῖρε Αἰμιλιανὲ, μάγαδιν αὐλὸν ἀκούει τὸν κιθαριστήριον· οὗ μνημονεύειν Ἀριστόξενον [3] ἐν πρώτῳ Περὶ Αὐλῶν τρήσεως, λέγοντα [4] πέντε γένη εἶναι αὐλῶν, παρθενίους, παιδικοὺς, κιθαριστηρίους, τελείους, ὑπερτελείους. [5] ἐλλείπειν [6] οὖν δεῖ [7] παρὰ τῷ Ἴωνι τὸν ΤΕ σύνδεσμον, ἵν' ᾖ μάγαδις αὐλὸς ὁ προσαυλούμενος τῇ μαγάδι. Ἡ γὰρ μάγαδις [8] ὄργανόν ἐστι ψαλτικὸν, ὡς Ἀνακρέων φησι, Λυ-

XXXVI.

Alia est Tibia magadis:

f (margin mark beside the line beginning "τα")

1 Ἀλεξανδρίδης vulgo. 2 μέγαν vulgo. 3 μνημονεύει Ἀριστόξενος edd. 4 λέγων ed. Cas. 5 Deest postrema vox edd. 6 ἢ ἐλλείπειν edd. 7 Fors. ἐλλείπειν οὖν δεῖ vel δῆλον. 8 μαγὰς ms. Ep.

acutum & gravem sonum edit, quemadmodum Anaxandrides in Hoplomacho ait:

Magadin tibi loquar, tenue simul & magnum. u

Hanc igitur dubitationem nemo alius mihi dissolvet, nisi tu, praestantissime Masuri.

36. Tum ille sic infit: Didymus Grammaticus, in Interpretationibus Ionis aliorum interpretationi oppositis, amice Aemiliane, *magadin tibiam* eam intelligit, quae *citharisteria* (sive, *citharistica*) vocatur; cuius Aristoxenus meminit libro primo De Tibiarum perforatione, ubi quinque ait genera esse tibiarum, virginales, pueriles, citharisterias, perfectas, & plusquamperfectas. Supplenda igitur est apud Ionem copula τε: ut sit *magadis tibia*, quae magadi accinit. Est enim *magadis* instrumentum ψαλτικὸν, (id est, *quod pulsatur*) quemadmodum Anacreon ait; estque Lydorum inventum. Quare

alia Magadis, fidibus tensa.

δῶν τε εὕρημα. διὸ καὶ τὰς Λυδὰς ψαλτρίας φησὶν εἶναι ὁ Ἴων ἐν τῇ Ὀμφάλῃ, διὰ τούτων·

Ἀλλ' εἶα, Λυδαὶ [1] ψάλτριαι, παλαιθετῶν [2]
ὕμνων ἀοιδοὶ [3] τὸν ξένον κοσμήσατε.

Θεόφιλος δ' ὁ κωμῳδικὸς [4] ἐν Νεοπτολέμῳ, [5] καὶ τὸ a
τῇ μαγάδι διαψάλλειν, μαγαδίζειν λέγει, ἐν τούτοις·

Πονηρὸν υἱὸν καὶ πατέρα καὶ μητέρα
ἔστι μαγαδίζειν, ἐπὶ τροχοῦ καθημένους.
οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν [6] ταυτὸν ᾄσεται μέλος.

Εὐφορίων δ' ἐν τῷ Περὶ Ἰσθμίων, παλαιὸν μὲν, φησὶ, τὸ ὄργανον εἶναι [7] τὴν μάγαδιν, μετασκευασθῆναι δ' ὀψέ ποτε, καὶ σαμβύκην μετονομασθῆναι. πλεῖστον δ' εἶναι τοῦτο τὸ ὄργανον ἐν Μιτυλήνῃ, ὡς καὶ μίαν τῶν Μουσῶν ἔχουσαν αὐτὸ ὑπὸ Λεσβοθέμιδος ποιη- b

1 Ἀλλ' αἱ Λυδαὶ edd. 2 παλαιθέτων malebam. παλαιδετῶν coni. Casaub. 3 ἀοιδῇ legebam. 4 Fors. κωμῳδιοποιὸς aut κωμικός. 5 Perperam Νεοπτολέμου Ms. 6 ὑμῶν ed. Ven. 7 φησὶ εἶναι τὸ ὄργανον ed. Cas. 1. & 2.

etiam Lydias Ion in Omphale *psaltrias* esse ait, cuius haec verba sunt:

Agite, Lydiae psaltriae, patriorum
hymnorum cantu honorate hospitem!

Theophilus vero comicus, in Neoptolemo, etiam magadi pulsare Graece μαγαδίζειν (quasi *magadizare*) dixit, his verbis:

Pravus filius & patrem & matrem
magadi fortasse canat, rotae insidentes.
Nostrûm quidem nemo idem canet canticum.

Euphorion vero, in libro De Isthmiis, vetus quidem instrumentum ait esse *magadin*, sequente vero tempore mutatâ fabricâ, *sambucam* fuisse nominatam: frequentissimum autem instrumentum hoc esse Mitylenae; ita quidem ut etiam una Musarum illud tenens fabrefacta sit

θῆναι ἀρχαίου ἀγαλματοποιοῦ. Μέναιχμος δ', ἐν τοῖς Περὶ Τεχνιτῶν, τὴν πηκτίδα, ἣν τὴν αὐτὴν εἶναι τῇ μαγάδι, Σαπφώ φησιν εὑρεῖν. Ἀριστόξενος δὲ, τὴν μάγαδιν καὶ τὴν πηκτίδα χωρὶς πλήκτρου διὰ ψαλμοῦ παρέχεσθαι τὴν χρείαν. διόπερ καὶ Πίνδαρον εἰρηκέναι ἐν τῷ Πρὸς Ἱέρωνα σκολιῷ, τὴν μάγαδιν ὀνομάσαντα, ψαλμὸν ἀντίφθογγον, διὰ τὸ δύο γενῶν ἅμα καὶ διὰ πασῶν ἔχειν τὴν συνῳδίαν ἀνδρῶν τε καὶ παί-
c δων. [1] καὶ Φρύνιχος δ' ἐν Φοινίσσαις εἴρηκε·

Ψαλμοῖσιν ἀντίσπαστ' ἀείδοντες μέλη.

Καὶ Σοφοκλῆς ἐν Μυσοῖς·

Πολὺς δὲ Φρὺξ τρίγωνος, ἀντίσπαστά τε [2]
Λυδῆς [3] ἐφύμνει πηκτίδος συγχορδία.

Διαποροῦσι δὲ ἔνιοι, ὅπως, τῆς μαγάδιδος οὐχ XXXVII.

1 ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ms. *Ep.* 2 ἀντίσπαστά γε edd. 3 Λύδης edd.

a Lesbothemide vetere ſtatuario. Menaechmus vero, in libro De Artificibus, pectidem, quam eamdem eſſe ait cum magadi, a Sapphone ſcribit fuiſſe inventam. Ariſtoxenus autem ait, magadin & pectidem absque plectro nudâ digitorum pulſatione (διὰ ψαλμοῦ) uſum praeſtare: quare Pindarum, ait, in Scolio (*i. e.* convivali carmine) ad Hieronem, cum de magadi loqueretur, *pſalmum antiphthongum* (i. e. *fidium pulſationem ſono reſpondentem*) dixiſſe; quoniam duorum generum ſimul per omnes chordas (διὰ πασῶν, octavâ ratione) concentum haberet virorum puerorumque. [*ſive*, virorum mulierumque.] Et Phrynichus etiam in Phoeniſſis dixit:

Pſalmis ex adverſo reſpondentia canentes cantica.

& Sophocles in Myſis:

Frequens (reſonabat) *Phrygium triangulum, cui ex adverſo reſpondentia*
accinebat Lydiae pectidis concentus.

37. Quaerunt vero nonnulli, quo pacto, quum Ana-

Anacreontis magadis, viginti chordarum.

οὔσης κατὰ Ἀνακρέοντα (ὀψὲ γάρ ποτε τὰ πολύχορδα ὀφθῆναι) μνημονεύων αὐτῆς ὁ Ἀνακρέων λέγει· „ψάλλω δ' εἴκοσι χορδαῖσι μάγαδιν ἔχων, ὦ Λεύκασπι.“ Καὶ ὁ μὲν Ποσειδώνιός φησι, τριῶν μελῳδιῶν αὐτὸν μνημονεύειν, Φρυγίου τε, καὶ Δωρίου,[1] d καὶ Λυδίου· ταύταις γὰρ μόναις τὸν Ἀνακρέοντα κεχρῆσθαι· ὧν ἑπτὰ χορδαῖς ἑκάστης περαινομένης, εἰκότως φάναι ψάλλειν αὐτὸν εἴκοσι χορδαῖς, τῷ ἀρτίῳ χρησάμενον ἀριθμῷ, τὴν μίαν ἀφελόντα. Ἀγνοεῖ δὲ ὁ Ποσειδώνιος,[2] ὅτι ἀρχαῖόν ἐστιν ὄργανον ἡ μάγαδις, σαφῶς Πινδάρου λέγοντος, τὸν Τέρπανδρον ἀντίφθογγον εὑρεῖν τῇ παρὰ Λυδοῖς πηκτίδι τὸν βάρβιτον·

Τόν ῥα Τέρπανδρός ποθ' ὁ Λέσβιος εὗρε
πρῶτος ἐν δείπνοισι Λυδῶν[3]
ψαλμὸν ἀντίφθογγον, ὑψη-

1 Desunt duo verba msstis. 2 Ποσιδώνιος h. l. ms. *A*. Nescio an & supra. 3 Λύδιον vulgo.

creontis aetate non exstiterit magadis, (nam sero demum conspecta esse instrumenta multis fidibus tensa) mentionem eius faciens Anacreon dixerit: *Cano, viginti chordis tensam pulsans magadin, o Leucaspi.* Ac Posidonius quidem ait, trium melodiarum in illis verbis meminisse poëtam, Phrygiae, Doriae & Lydiae: his enim solis usum esse Anacreontem: quarum quum quaeque septem peragatur chordis, recte illum dixisse, *viginti se chordis psallere*, demtâ unâ rotundo numero utentem. At ignorat Posidonius, antiquum instrumentum esse magadin; quandoquidem clare Pindarus dixit, Terpandrum ex adverso respondentem Lydiae pectidi invenisse *barbitum:*

quem Terpander olim Lesbius invenit
primus Lydorum in coenis
fidium pulsatione respondentem,

e λᾶς ἀκούων πηκτίδος.

πηκτὶς δὲ καὶ μάγαδις ταυτόν· καθά φησιν ὁ Ἀριστόξενος, καὶ Μέναιχμος ὁ Σικυώνιος ἐν τοῖς Περὶ Τεχνιτῶν. καὶ τὴν Σαπφὼ δέ φησιν οὗτος, ἥ τις ἐστὶν Ἀνακρέοντος πρεσβυτέρα, πρώτην χρήσασθαι τῇ πηκτίδι. Ὅτι δὲ καὶ Τέρπανδρος ἀρχαιότερος Ἀνακρέοντος, δῆλον ἐκ τούτων· Τὰ Καρνεῖα πρῶτος πάντων Τέρπανδρος νικᾷ, ὡς Ἑλλάνικος ἱστορεῖ ἔν τε τοῖς ἐμμέτροις Καρνεονίκαις, κἀν τοῖς καταλογάδην. ἐγένετο δὲ ἡ θέσις τῶν Καρνείων κατὰ τὴν ἕκτην καὶ εἰκοστὴν f ὀλυμπιάδα, ὡς Σωσίβιός φησιν [1] ἐν τῷ Περὶ Χρόνων. Ἱερώνυμος δ' ἐν τῷ Περὶ Κιθαρῳδῶν, ὅπερ ἐστὶ πέμπτον Περὶ Ποιητῶν, κατὰ Λυκοῦργον τὸν νομοθέτην τὸν Τέρπανδρόν φησι γενέσθαι, ὃς ὑπὸ πάντων συμφώνως ἱστορεῖται μετὰ τοῦ Ἰφίτου τοῦ Ἠλείου

Terpandri aetas.

Carnea.

1 Σώσιμός φησιν edd.

quum altam audiſſet pectidem.

Pectis autem & magadis unum idemque; ut ait Ariſtoxenus, & Menaechmus Sicyonius in libris De Artificibus. Idemque Menaechmus ait etiam, primam pectide uſam *Sapphonem*, quae aetate ſuperior eſt Anacreonte. Eſſe vero etiam *Terpandrum* Anacreonte vetuſtiorem, patet ex hisce: Carnea primus omnium vicit Terpander, ut Hellanicus tradit, cum in verſibus eis quibus Carneonicas celebravit, tum in eorumdem recenſu ſolutâ oratione edito. Inſtituta autem ſunt *Carnea* Olympiade vigeſima ſexta, ut Soſibius in libro De Temporum notatione ſcribit. Hieronymus vero in libro De Citharoedis, qui eſt ſextus eorum quos De Poëtis ſcripſit, Lycurgi legumlatoris aetate vixiſſe Terpandrum ait. Lycurgum autem conſentiunt ſcriptores omnes auctorem fuiſſe cum Iphitò Eleo illius inſtitutionis Ludorum Olym-

τὴν πρώτην ἀριθμηθεῖσαν τῶν Ὀλυμπίων θέσιν διαθεῖναι. Εὐφορίων τε, ἐν τῷ Περὶ Ἰσθμίων, τὰ πολύχορδα, φησὶ, τῶν ὀργάνων ὀνόμασι μόνον παρηλλάχθαι· παμπάλαιον δ' αὐτῶν εἶναι τὴν χρῆσιν.

XXXVIII. Differunt Pectis atque Magadis.

Διογένης δὲ ὁ τραγικὸς διαφέρειν [1] πηκτίδα μαγάδιδος, λέγων οὕτως ἐν τῇ Σεμέλῃ· a

Καί τοι κλύω μὲν [2] Ἀσιάδος [3] μιτρηφόρους
Κυβέλας γυναῖκας, παῖδας ὀλβίων Φρυγῶν,
τυπάνοισι [4] καὶ ῥόμβοισι [5] καὶ χαλκοκτύπων
βόμβοις βρεμούσας ἀντίχερσι [6] κυμβάλων
σοφὴν θεῶν ὑμνῳδὸν [7] ἰατρόν θ' ἅμα.
Κλύω δὲ Λυδὰς Βακτρίας τε παρθένους,
ποταμῷ παροίκους Ἅλυϊ, Τμωλίαν θεὸν
δαφνόσκιον κατ' ἄλσος Ἄρτεμιν σέβειν
ψαλμοῖς τριγώνων πηκτίδων ἀντιζύγοις [8] b

1 οἴεται interserit Epit. 2 κλύω μὲν edd. 3 Ἀσιάδας legit Dalec. 4 τυμπάνοισι vulgo. 5 βομβοῖσι vulgo. 6 ἀντὶ χερσὶ vulgo. 7 θεὸν ὑμνῳδεῖν coni. Dalec. 8 πηκτίδων τε Περσικῶν edd. & dein vers. seq. ἀντιζύγοις ὁλκοῖς &c.

picorum, a qua numeratur prima Olympias. Et Euphorion in libro De Isthmiis ait, instrumenta musica multis fidibus tensa nominibus solum discrepare, usum autem eorum esse antiquissimum.

38. Diogenes vero tragicus differre statuit pectidem a magadide, haec dicens in Semele:

Atqui audio mithratas Asiaticae
Cybeles mulieres, filias fortunatorum Phrygum,
tympanis, & rhombis, & aeneorum cymbalorum
strepitibus manuum-concursu-peractis personantes
sapientem inter Divos cantatricem simulque medicam.
Audio etiam Lydas Bactriasque virgines,
flumen Halyn adcolentes, Tmoliam Deam,
lauris-umbroso in luco, Dianam colere
triangularium pulsatione pectidum, respondentibusque

ὁλκοῖς κρεκούσας [1] μάγαδιν, ἔνθα Περσικῷ
νόμῳ ξυνωθεὶς [2] αὐλὸς ὁμονοεῖ χοροῖς.

καὶ Φίλλις δ' ὁ Δήλιος, ἐν δευτέρῳ Περὶ Μουσικῆς, διαφέρειν φησὶ πηκτίδα μαγάδιδος, λέγων οὕτως· „Φοίνικες, πηκτίδες, μαγάδιδες, [3] σαμβῦκαι, ἰαμβῦκαι, τρίγωνα, [4] κλεψίαμβοι, σκινδαψοί, [5] ἐννεάχορδα. ἐν οἷς γάρ, φησί, τοὺς ἰάμβους ᾖδον, ἰαμβύκας ἐκάλουν· ἐν οἷς δὲ παρελογίζοντο τὰ ἐν τοῖς μέ-
c τροις, κλεψιάμβους. μαγάδιδας [6] δὲ τὰ διὰ πασῶν καὶ πρὸς ἴσα τὰ μέρη τῶν ᾀδόντων ἡρμοσμένα. καὶ ἄλλα δ' ἦν παρὰ ταῦτα· καὶ γὰρ βάρβιτος ἢ βάρμος· καὶ ἄλλα πλείονα, τὰ μὲν ἔγχορδα, τὰ δὲ ἐνηχα, κατεσκεύαζον."

Plura fidium nomina.

XXXIX.

Ἦν γὰρ δή τινα καί, χωρὶς τῶν ἐμφυσωμένων καὶ χορδαῖς διειλημμένων, ἕτερα ψόφου μόνον παρα-

1 κρεκούσαις vulgo. 2 ξενωθεὶς ed. Caf. cum msstis. 3 μαγάδιδες ms. *Ep.* 4 ἴαμβοι, καὶ τρίγωνα vulgo. 5 Deeſt nomen editis. 6 μαγαδίδας h. l. ed. Ven. & Baſ. cum msstis.

tractibus ſtridentes magadin, ubi Perſico
more iuncta tibia choris concinit.

Atque etiam Phillis Delius, ſecundo libro De Muſicâ, differre dicit inter pectidem & magadidem, ubi ait: » *Phoenices, pectides, magadides, ſambucae, iambucae, triangula, clepſiambi, ſcindapſi, novemchordia.* Nam quibus, inquit, iambos canebant, *iambucas* vocabant: quibus autem eosdem ita canebant, ut quaſi furtim mutarent metra, *clepſiambos. Magadidas* vero, inſtrumenta concentum διὰ πασῶν edentia, & omnibus canentium partibus peraeque concinentia. Erant vero praeter haec & alia, veluti *barbitos* aut *barmus:* & alia plura conficiebant, partim fidibus tenſa, partim ſonora. «

39. Erant quippe, praeter inſtrumenta quae inflantur, & quae chordis diſtincta ſunt, alia ſtrepitum ſolum-

Crepitacula.

σκευαστικὰ, καθάπερ τὰ κρέμβαλα. περὶ ὧν φησι Δικαίαρχος ἐν τοῖς Περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος Βίου· ἐπιχωριάσαι, φάσκων, ποτὲ καθ' ὑπερβολὴν εἰς τὸ προσορχεῖσθαί τε καὶ προσᾴδειν ταῖς γυναιξὶν ὄργανά τινα d ποιὰ, ὧν ὅτε τις ἅπτοιτο τοῖς δακτύλοις, ποιεῖν λιγυρὸν ψόφον· δηλοῦσθαι δ' ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ᾄσματι, οὗ ἐστιν ἀρχή·

„Ἄρτεμι σοί με τι φρὴν ἐφίμερον [1] ὕμνον [2] ἱέναι [3] τε ὅθεν ᾇδέ τις [4] ἀλλὰ χρυσοφανία [5]
κρέμβαλα χαλκοπάραα χερσὶν" . . . [6]

Ἕρμιππος δ', ἐν Θεοῖς, τὸ τούτοις κρούειν, κρεμβαλίζειν εἴρηκεν, ἐν τούτοις·

Λεπάδας δὲ πετρῶν ἀποκόπτοντες κρεμβαλίζουσι.

Δίδυμος δέ φησιν, εἰωθέναι τινὰς ἀντὶ τῆς λύρας κογχύλια καὶ ὄστρακα συγκρούοντας, ἔνρυθμον [7] ἦχόν τι- e

1 ἐφ' ἵμερον edd. 2 ὕπνον ed. Ven. & Baſ. 3 νεναι Ms. 4 Interpretatus ſum tamquam eſſet τέως ἄδε τις. 5 Immo χρυσοφανία aut χρυσοφανῆ. 6 *Deeſt* κρούει aut aliquod tale verbum. 7 εὔρυθμον ed. Baſ. & Caſ. cum ms. *Ep.*

modo edentia; veluti *crembala*, id eſt, *crepitacula.* De quibus Dicaearchus loquitur in libro de Vita Graeciae; dicens frequentiſſimo in uſu fuiſſe olim certa quaedam inſtrumenta, quorum ad ſonum & ſaltarent & canerent mulieres; quae inſtrumenta ſi digitis modo percuteret aliquis, argutum ederent ſonum: eaque ſignificari in Dianae cantico, cuius eſt initium:

Diana, mihi animus eſt gratum tibi edere carmen,
interim dum haec alia (mulier) *aurata aenea crembala pulſet.*

Hermippus vero, in Diis, pulſare crembala uno verbo *crembalizare* dixit, his verbis:

Lepadas a petris detundentes crembalizant.

Didymus vero ait, conſueviſſe nonnullos, loco lyrae, comploſis inter ſe conchis & teſtis numeroſum ſonum

να ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις, καθάπερ καὶ Ἀριστοφάνη ἐν Βατράχοις φάναι.

Ἀρτέμων δ', ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Διονυσιακοῦ Συστήματος·[1] Τιμόθεον, φησὶ, τὸν Μιλήσιον παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξαι πολυχορδοτέρῳ συστήματι χρήσασθαι τῇ μαγάδι·[2] διὸ καὶ παρὰ τοῖς Λάκωσιν εὐθυνόμενον, ὡς παραφθείροι τὴν ἀρχαίαν μουσικήν· καὶ, μέλλοντός τινος ἐκτέμνειν αὐτοῦ τὰς περιττὰς τῶν χορδῶν,
f δεῖξαι παρ' αὐτοῖς ὑπάρχοντα Ἀπολλωνίσκον, πρὸς τὴν αὐτὴν[3] σύνταξιν ἰσόχορδον λύραν ἔχοντα, καὶ ἀφεθῆναι. Δοῦρις δ', ἐν τῷ Περὶ Τραγῳδίας· ὠνομάσθαι, φησὶ, τὴν μάγαδιν ἀπὸ Μάγδιος,[4] Θρᾳκὸς γένος. Ἀπολλόδωρος δ' ἐν τῇ πρὸς τὴν Ἀριστοκλέους ἐπιστολὴν Ἀντιγραφῇ· „ὃ νῦν, φησὶν, ἡμεῖς λέγομεν ψαλτήριον, τοῦτ' εἶναι μάγαδιν. ὁ δὲ κλεψίαμβος κλη-

XL. Timotheus culpatur veterem Musicam corrupisse.

Rursus de Magadi.

1 ἐπιστύματος vulgo. 2 μαγάδιδι edd. 3 τὴν φ ὑ τ ο ῦ σύνταξιν ms. *A*. 4 Μάγδου ms. *Ep*.

edere saltantibus; quod etiam significari ait ab Aristophane in Ranis.

40. Artemon vero, primo libro DE Dionysiaco Systemate, Timotheum Milesium, ait, visum plerisque usum esse systemate plurium, quam par esset, chordarum, nempe magadi: ideoque apud Lacedaemonios reum factum, quod veterem musicam corrupisset: quumque in eo esset quispiam, ut rescinderet chordas iustum numerum superantes, demonstrasse Timotheum esse apud ipsos Lacedaemonios Apollinis parvam imaginem, quae lyram teneret eodem numero chordarum eodemque ordine tensam: atque ita accusatione esse absolutum. Duris vero, in libro DE Tragoedià, nomen invenisse magadin, ait, a Magdie, natione Thrace. Apollodorus vero in Responsione ad Aristoclis Epistolam ait, quod nunc psalterium dicimus, id esse *magadin*. Qui autem

θεὶς, ἔτι [1] δὲ ὁ τρίγωνος, καὶ ὁ ἔλυμος, [2] καὶ τὸ ἐννεάχορδον, ἀμαυρότερα τῇ χρείᾳ καθέστηκε.“ καὶ Ἀλκμὰν δέ φησί·

μάγαδιν δ' ἀποθέσθαι.

Σοφοκλῆς δ' ἐν Θαμύρᾳ· a

Πηκταὶ δὲ λύραι καὶ μαγάδιδες
τά τ' ἐν Ἕλλησι ξόαν' ἡδυμελῆ. [3]

Τελέστης δ', ἐν Ὑμεναίῳ διθυράμβῳ, πεντάχορδόν φησιν αὐτὴν [4] εἶναι, διὰ τούτων·

Ἄλλος [5] δ' ἄλλαν κλαγγὰν ἱεὶς,
κερατόφωνον ἐρέθιζε μάγαδιν,
ἐν πενταράβδῳ [6] χορδᾶν [7] ἀριθμῷ
χεῖρα καμψιδίαυλον ἀναστροφῶν τάχος.

Οἶδα δὲ καὶ ἄλλο ὄργανον, ᾧ τῶν Θρᾳκῶν οἱ βασιλεῖς ἐν τοῖς δείπνοις χρῶνται, ὡς φησιν Νικομήδης ἐκ

1 ἔστι ed. Ven. & Baſ. cum ms. A. 2 ἴλυμος edd. 3 ξόα ἡδυμ. ed. Caſ. 4 αὐτὸν edd. 5 Forſ. ἄλλως. 6 πενταῤῥάβδῳ edd. 7 χορδὰν edd.

clepſiambus vocabatur, item trigonus, & elymus tibia, & enneachordum, eorum uſus (ait) obſolevit. Alcman vero dixit:

Magadin deponere.

Sophocles vero in Thamyrâ:

Commode compactae lyrae & magadides,
& (alia) *apud Graecos uſitata inſtrumenta-ex-ligno-probe-polito ſuaves-modos-ſonantia.*

Teleſtes vero, in Hymenaeo dithyrambo, quinque chordis tenſam eſſe dicit, his verbis:

Alius [ſive, *Aliâs*] *alium ſonum edens*
cornîſonam irritavit magadin
quinquepartito chordarum numero
manum currendo recurrendoque reciprocans celerrime.

Novi vero & aliud inſtrumentum, quo in coenis utuntur Thraciae reges, ut ait Nicomedes in libro de Or-

b τῷ Περὶ Ὀρφέως. Φοίνικα δὲ τὸ ὄργανον Ἔφορος καὶ Σκάμων [1] ἐν τοῖς Περὶ Εὑρημάτων, ὑπὸ Φοινίκων εὑρεθέντα, ταύτης τυχεῖν τῆς προσηγορίας· Σῆμος δὲ ὁ Δήλιος ἐν πρώτῳ [2] Δηλιάδος, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ἐν Δήλῳ Φοίνικος τοὺς ἀγκῶνας αὐτοῦ ἐξεργάσασθαι.[3] Τῇ σαμβύκῃ πρώτην φησὶ χρήσασθαι Σίβυλλαν . . Σκάμων [4] ὁ προειρημένος· ὀνομασθῆναι δ' αὐτὴν, εὑρεθεῖσαν ὑπὸ Σάμβυκος τινός.

Phoenix, instr. musicum.

Sambuca.

XLI.

Tripus, instrumentum musicum.

Καὶ περὶ τοῦ τρίποδος δὲ καλουμένου (ὄργανον δὲ καὶ τοῦτο μουσικὸν) ὁ προειρημένος Ἀρτέμων γράφει οὕτως· „Ὅθεν πολλὰ τῶν ὀργάνων οὐδ' εἰ c γέγονέ ποτε γινώσκεται· καθάπερ ὁ Πυθαγόρου τοῦ Ζακυνθίου τρίπους. ὀλιγοχρόνιον γὰρ τὴν ἀκμὴν σχὼν, καὶ, διὰ τὸ δοκεῖν ἐργώδης εἶναι κατὰ τὴν χειροθεσίαν, ἢ δι' ἣν δή ποτ' οὖν αἰτίαν, συντόμως καταλυ-

1 Σκάμνων edd. & sic mox iterum. 2 ἐκ τῷ πρώτῳ edd. 3 ἐξειργάσθαι malebam. 4 ἦς Σκάμων Ms. ὡς Σκάμνων edd.

pheo. *Phoenicem* vero instrumentum Ephorus & Scamon in libro De Inventionibus aiunt, ex eo quod a Phoenicibus inventum esset, nomen hoc invenisse: Semus vero Delius, libro primo Deliadis, ex eo, quod brachia (*vel* iuga) illius ex palma arbore (φοίνικι) quae Deli est conficerentur. *Sambucâ* primum usam esse Sibyllam . . ait Scamon supra dictus; nominatam autem ita esse ab inventore Sambyce quodam.

41. Porro etiam de *Tripode* qui vocabatur, quod item musicum fuit instrumentum, praedictus Artemon haec scribit: »Inde factum, ut multa sint instrumenta tam parum cognita, ut etiam exstitisse ea umquam, vulgo ignoretur: quemadmodum *Pythagorae Zacynthii tripus*. Quum enim usus huius instrumenti perexiguum duraverit tempus, &, quod tractatu difficile esse videbatur, sive alia quacumque de caussa, brevi fuerit derelictum, ignotum

θεὶς, διαλέληθε τοὺς πολλούς. Ἦν δὲ παραπλήσιος μὲν Δελφικῷ τρίποδι, καὶ τοὔνομα ἐντεῦθεν ἔσχεν· τὴν δὲ χρῆσιν τριπλῆς κιθάρας παρείχετο. τῶν γὰρ ποδῶν ἑστώτων ἐπί τινος βάσεως εὐστρόφου, καθάπερ αἱ τῶν περιάκτων δίφρων κατασκευάζονται θέσεις, τὰς μέσας τρεῖς χώρας τὰς ἀπὸ ποδὸς ἐπὶ πόδα διεστώσας ἐνέτεινεν χορδαῖς, ὑπερθεὶς ἑκάστῃ πῆχυν, καὶ κάτω προσαρμόσας χορδοτόνια, [1] καὶ τὸν ἐπάνω κόσμον κοινὸν τοῦ λέβητος καὶ τῶν παρηρτημένων ἐνίων ἀποδούς· ἐξ ὧν καὶ τὴν φαντασίαν εἶχεν ἀστείαν, καὶ τὸν ἦχον προσέβαλεν ἁδρότερον. διένειμεν δ' ἑκάστῃ χώρᾳ τὰς τρεῖς ἁρμονίας, [2] τήν τε Δωριστὶ, καὶ Λυδιστὶ, καὶ Φρυγιστί. καὶ καθεζόμενος αὐτὸς ἐπί τινος δίφρου περὶ ταυτὸν συμμέτρως ἔχοντος [3] τῇ συστάσει, [4] διείρας [5] δὲ τὴν εὐώνυμον χεῖρα πρὸς τὴν

1 χορδοτονία ed. Ven. & Bas. χορδοτονίᾳ ed. Cas. 2 δ' ἑκάστης χώρας ταῖς τρισὶν ἁρμονίαις edd. cum ms. A. 3 ἔχοντα vulgo. 4 στάσει edd. διαστάσει coni. Dalec. 5 Fors. διάρας.

est plerisque. Erat autem Delphico simile tripodi, unde etiam nomen habuit: usum autem praestitit triplicis citharae. Cum enim pedes eius basi cuidam facile circumagendae insisterent, quemadmodum versatilium sellarum conficitur fabrica, tres regiones inter binos quosque pedes interceptas chordis tetendit, unicuique regioni brachio sive iugo superne imposito, inferne vero adaptatis verticillis quibus chordae intenderentur: in summitate vero communem cortinae ornatum, & nonnulla ex laterum ornamentis effecta exhibuit; unde & speciem elegantem referebat instrumentum, & sonum edebat validiorem. Per singulas autem regiones tres harmonias distribuit, Doriam, Lydiam & Phrygiam. Tum sedens ipse in sella ad eamdem fere rationem constructa, extendens sinistram manum ad prehendendum in-

e ἐπιβολὴν, καὶ τῇ ἑτέρᾳ χρησάμενος τῷ πλήκτρῳ, καθ' ὁποίαν ἂν πρώτην ἤροιτο [1] τῶν ἁρμονιῶν, μετέστρεφε τῷ ποδὶ τὴν βάσιν εὔτροχον οὖσαν, [2] καὶ πρὸς ἑτέραν πλευρὰν πάλιν ἐπιβάλλων ἐχρῆτο, καὶ πάλιν ἑτέραν. οὕτω δ' ὀξέως ὑπὸ τὴν χεῖρα προσῆγεν αὐτῷ τὰ συστήματα ἡ τῆς βάσεως εὐκινησία τῷ ποδὶ ψαυομένη, καὶ τὴν χειροθεσίαν ἐπὶ τοσοῦτον εἰθίσθη [3] κατοξύνειν, ὥστ', εἴ τις μὴ ξυνορῴη τὸ γινόμενον, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀκοῆς μόνον κρίνοι, νομίζειν τριῶν κιθαρι-
f στῶν ἀκούειν διαφόρως ἡρμοσμένων. καὶ τοῦτο τὸ ὄργανον θαυμασθὲν ἰσχυρῶς, μετὰ τὴν ἐκείνου βίον ἐξέλιπεν [4] εὐθέως."

Τὴν δὲ ψιλὴν κιθάρισιν πρῶτον, φησὶ Μέναιχμος, [5] εἰσαγαγεῖν Ἀριστόνικον τὸν Ἀργεῖον, τῇ ἡλι- XLII. Psilocitharistica ars.

1 εἵρετο edd. ἤρειτο citatur ex Ms. 2 εὔτροχον δ' οὖσαν Ms. Fors. δὲ οὖσαν debuerat: *quae scilicet erat.* 3 ἠθίσθη vulgo. 4 ἐξέλειπεν ms. A. 5 Μενέχαρμος edd.

strumentum, alterâ autem plectro utens; ad quamcumque primum libuisset harmoniam pede convertit basin circumactu facilem, tum rursus in aliam partem, iterumque in aliam conversum instrumentum iniectâ manu prehendit, alterâque manu pulsavit. Adeo celeriter autem baseos mobilitas, pede contacta, varia systemata sub manum illius subiecit, atque tanta manuum agilitate tractare instrumentum ipse adsueverat, ut, si quis id quod res erat oculis non conspexisset, sed solo auditu iudicasset, tres diversos citharoedos quemque aliâ harmoniâ pulsantem citharam sese audire existimaret. Atque hoc instrumentum, quod vehementer admirati erant omnes, post illius e vita excessum confestim neglectum exolevit. «

42. Assâ citharâ canere, ait Menaechmus, primum instituisse Aristonicum Argivum, qui Archilochi vixit

Lysander psilocitharista.

κίᾳ γενόμενον κατὰ Ἀρχίλοχον, [1] κατοικήσαντα ἐν Κορκύρᾳ. Φιλόχορος δ᾽ ἐν τρίτῃ Ἀτθίδος· „Λύσανδρος, φησὶν, ὁ Σικυώνιος κιθαριστὴς πρῶτος [2] μετέστησε τὴν ψιλοκιθαριστικὴν, μακροὺς τοὺς τόνους ἐντείνας, καὶ τὴν φωνὴν εὔογκον ποιήσας, καὶ τὴν ἔναυλον κιθάρισιν, ᾗ πρῶτοι οἱ περὶ Ἐπίγονον ἐχρήσαντο. καὶ περιελὼν τὴν συντομίαν [3] τὴν ὑπάρχουσαν ἐν τοῖς a
ψιλοῖς κιθαρισταῖς, χρώματά τε εὔχροα πρῶτος ἐκιθάρισεν, καὶ ἰάμβους, καὶ μάγαδιν, [4] τὸν καλούμενον συριγμόν· καὶ ὄργανον μετέλαβε μόνος τῶν πρὸ αὐτοῦ. καὶ τὸ πρᾶγμα αὐξήσας, χορὸν περιεστήσατο πρῶτος. Δίωνα δὲ τὸν Χῖον τὸ τοῦ Διονύσου σπονδεῖον πρῶτον κιθαρίσαι Μέναιχμος. Τιμόμαχος δ᾽ ἐν τοῖς Κυπριακοῖς Στήσανδρον λέγει τὸν Σάμιον ἐπὶ πλεῖον αὐξῆσαι τὴν τέχνην, καὶ πρῶτον ἐν Δελφοῖς

1 Ἀντίοχον edd. Ἀντίλοχον Natal. 2 πρῶτον edd. 3 συντονίαν edd. 4 Temere μαγάδιν h. l. ed. Cas.

aetate, & Corcyrae habitavit. Philochorus vero, tertio libro Atthidos haec scribit: »Lysander Sicyonius citharista primus mutavit psilocitharisticam, longos nervos intendens, & vocem amplam spissamque faciens, & citharae cantum tibiae intermixtum adhibens, [*nisi potius*, tollens: *aut:* & citharae pulsu utens diu insonante auribus,] quo primus usus erat Epigonus. Igitur sublatâ macritudine, quae fuerat in psilocitharistarum cantu, chromata bene colorata primus citharâ exsecutus est, & iambos, & magadin quem vocant sibilum: & primus omnium (inter pulsandum) mutavit instrumentum. Denique postquam rem ipsam locupletavit, chorum etiam primus circa se instituit. Dionem vero Chium, ait Menaechmus, primum fuisse qui Bacchi spondeum citharâ caneret. Timomachus vero in Cypriacis ait, Stesandrum Samium plurimum amplificasse artem, & primum

b κιθαρῳδῆσαι τὰς καθ' Ὅμηρον μάχας, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Ὀδυσσείας. ἄλλοι δὲ πρῶτόν φασι παρ' Ἐλευθερναίοις κιθαρίσαι τὰς ἐρωτικὰς ᾠδὰς Ἀμίτωνα [1] τὸν Ἐλευθερναῖον, οὗ καὶ τοὺς ἀπογόνους Ἀμίτορας [2] καλεῖσθαι. Ἀριστόξενος δέ φησιν, ὥσπερ τῶν ἑξαμέτρων τινὲς ἐπὶ τὸ γελοῖον παρῳδὰς εὗρον, οὕτω καὶ τῆς κιθαρῳδίας πρῶτος Οἰνώπας· [3] ὃν ἐζήλωσαν Πολύευκτός τε [4] ὁ Ἀχαιὸς, καὶ Διοκλῆς ὁ Κυναιθεύς. Καὶ μοχθηρῶν δὲ ᾀσμάτων γεγόνασι ποιηταὶ, περὶ ὧν φησι Φαινίας ὁ Ἐρέσιος [5] ἐν τοῖς Πρὸς τοὺς Σοφι-
c στὰς, γράφων οὕτως· „Τελένικος ὁ Βυζάντιος, ἔτι δὲ Ἀργᾶς, ποιηταὶ μοχθηρῶν ὄντες νόμων, πρὸς μὲν τὸν ἴδιον χαρακτῆρα τῆς ποιήσεως εὐπόρουν· τῶν δὲ Τερπάνδρου καὶ Φρύνιδος νόμων οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἠδύναντο ἐπιψαῦσαι.“ τοῦ Ἀργᾶ μνημονεύει Ἄλεξις ἐν Ἀποβάτῃ οὕτως·

Parodiae carminum ad citharam canendorum.

1 Ἀμήτορα edd. 2 ἀμήτορας edd. 3 Οἰνώπας ms. *Ep.* 4 Πολύδευκτός τε edd. 5 Φανίας ὁ Ἐρέσσιος edd.

Delphis Homericas pugnas citharâ cantasse, ab Odysseâ facto initio. Alii tradunt, apud Eleuthernaeos amatoria carmina primum citharâ cantasse Amitonem Eleuthernaeum; cuius posteros Amitores adpellari ait. Aristoxenus vero ait, quemadmodum hexametrorum parodias quidam invenerunt, quibus ridicule detorquentur hexametri: sic etiam carminum ad citharam cantatorum parodias invenit primus Oenopas; quem imitati sunt Polyeuctus Achaeus, & Diocles Cynaethensis. Fuere porro vilium canticorum poëtae illi, de quibus Phanias Eresius in libris contra Sophistas loquitur, ita scribens: »Telenicus Byzantius, item Argas, vilium modorum poëtae; qui in suo quidem poëseos genere successum habuere, sed Terpandri aut Phrynidis modos ne attingere quidem ausi sunt.« Argae meminit Alexis in Apobata:

A. Χορόνικος [1] ποιητὴς ὁδί. [2]
B. Τίνων ποιητὴς ᾀσμάτων; A. Σεμνῶν πάνυ.
B. Τί πρὸς τὸν Ἀργᾶν οὗτος; A. Ἡμέρας δρόμῳ
κρείττων. —

καὶ Ἀναξανδρίδης, ἐν Ἡρακλεῖ·

Ὁ μὲν γὰρ εὐφυής τις εἶναι φαίνεται. d
ὡς δ' εὔρυθμος [3] λαβὼν τὸ μελετητήριον,
εἶτ' ἐσχεδίασε δριμέως ἐν . . [4] παπαί.
Μεστὸς γενόμενος, πρὸς τὸν Ἀργᾶν βούλομαι
κωδωνίσας πέμψαι σ' ἀγωνιούμενον,
ἵνα καὶ σὺ νικᾷς τοὺς σοφιστὰς, ὦ φίλε.

XLIII. Gnesippus παιγνιαγράφος.

Ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιονίδην [5] ἀναφερομένους ποιήσας Πτωχοὺς, Γνησίππου τινὸς μνημονεύει παιγνιαγράφου [6] τῆς ἱλαρᾶς μούσης, λέγων οὕτως·

Ταῦτ' οὐ, μὰ Δία, Γνήσιππος, οὐδ' ὁ Κλεομένης [7]

1 Temere Χορόνιχος ed. Caſ. 3. 2 ὁ ποιητὴς ὁ δὲ edd. 3 εὐρύθμως malebam. 4 δριμέως, παπαὶ, παπαί. coni. Caſ. 5 Χιονίδη Ms. 6 παίγνιογράφου ed. Caſ. 7 Κλεόμαχος coni. Caſaub.

A. *In choris victor poëta hicce.*
B. *Quorum carminum poëta?* A. *Praeſtantium admodum.*
B. *Qualis eſt hic, ſi cum Arga conferas?* A. *Integri diei curſu*
illum ſuperat. —

Et Anaxandrides, in Hercule:

Hunc quidem ſolertem eſſe hominem adparet.
Quam concinne prehendit inſtrumentum,
& dein ex tempore pulſavit argute, papae!
Satur quum fuero, ad Argam te volo,
poſtquam exploravi, mittere, cum quo contendas;
ut tu etiam ſolertes homines vincas, amice!

43. Auctor fabulae, cui Pauperes titulus, quae Chionidae tribuitur, *Gneſippi* cuiusdam meminit, ludicrorum carminum & hilaris Muſae poëtae, his verbis:

Haec, per Iovem, nec Gneſippus, nec Cleomenes,

e ἐν ἐννέα χορδαῖσι [1] κατεγλυκάνατο.

καὶ ὁ τοὺς Εἵλωτας [2] δὲ πεποιηκὼς, φησίν·

„ Τὰ [3] Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος Σιμωνίδου τ' ἀρχαῖον [4] ἀείδειν. (ὁ δὲ Γνήσιππός ἐστιν ἀκούειν.) κεῖνος νυκτερινὰ εὗρε μοιχοῖς ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι γυναῖκας ἔχοντας ἰαμβύκην τε καὶ τρίγωνον."

Κρατῖνος, ἐν Μαλθακοῖς·

„ Τίς ἄρ' ἐρωτά [5] μ' οἶδεν, ὦ Γνήσιππε; ἐγὼ πολλῇ χολῇ οἴομαι μηδὲν οὕτως μωρὸν εἶναι καὶ κενόν."

* * [6] σκώπτει δὲ αὐτὸν εἰς τὰ ποιήματα καὶ ἐν Βουκόλοις· — Cleomachus, pravus poëta.

f Ὃς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλεῖ χορὸν,

1 Forſ. ἐν ἐννεαχόρδοισιν. 2 Ἰλεώτας edd. Ἰλεώτας h. l. Ms.
3 Τὸν Στησιχ. edd. 4 Forſ. ἀρχαῖα: & dein forſ. ἀείδει.
5 Grotius ſic corrigit:
Τίς ἄρ' ἐρῶντά μ' οἶδεν, ὦ Μνήσιππ'; ἐγὼ πολλῇ χολῇ·
οἴομαι γὰρ μηδὲν οὕτως μωρὸν εἶναι καὶ κενόν.
6 Videtur tale quid deeſſe: Κλεομάχου δὲ, ὡς φαύλου ποιητοῦ, μνημονεύει ὁ αὐτὸς Κρατῖνος. Deeſt autem vulgo defectûs nota.

inſtrumentis – novem – fidibus – inſtructis edulcaverint.

Et auctor fabulae, quae Eilotae inſcribitur, ait:

Et Steſichori & Alcmanis & Simonidis vetuſta carmina canere novit. (Intelligi autem debet, *Gneſippus.*) *Idem invenit moechis nocturna cantica, quibus mulierculas provocent, ſecum habentes iambucam & triangulum.*

Cratinus, in Mollibus:

Quis, Gneſippe, me amantem vidit? inquam ego ira percitus:
nam ſtolidius nihil eſſe uſquam vaniusque exiſtimo.

Idem in Bubulcis (Cleomachum) perſtringit ob inſulſa poëmata:

Qui Sophocli petenti non dedit chorum,

τῷ Κλεομάχῳ δ', ὃν οὐκ ἂν ἠξίουν ἐγὼ
ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια.

ἐν δὲ ταῖς Ὥραις·

— Ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας
ὁ Κλεόμαχος [1] διδάσκαλος, [2] παρατιλτριῶν
ἔχων χορὸν, Λυδιστὶ τιλλουσῶν μέλη
πονηρά. —

Τηλεκλείδης δ' ἐν τοῖς Στεῤῥοῖς καὶ περὶ μοιχείας [3] a ἀναστρέφεσθαί φησιν αὐτόν. Κλέαρχος δ' ἐν δευτέρῳ Ἐρωτικῶν, τὰ ἐρωτικὰ, φησὶν, ᾄσματα καὶ τὰ Λοκρικὰ καλούμενα, οὐδὲν τῶν Σαπφοῦς καὶ Ἀνακρέοντος διαφέρειν. [4] Ἔτι δὲ [5] τὰ Ἀρχιλόχου καὶ τῶν Ὁμήρου Ἐπικιχλίδων τὰ πολλὰ διὰ τῆς ἐμμέτρου ποιήσεως τούτων ἔχεταί τινος τῶν παθῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἀσωποδώρου περὶ τὸν Ἔρωτα, καὶ πᾶν τὸ τῶν

1 Κλεομάχου vulgo. 2 μετὰ τῶν παρατιλτριῶν vulgo.
3 μοιχίας edd. 4 διαφθείρειν ms. *A*. 5 ἐν δὲ edd.

ſed Cleomacho; quem equidem nollem
mihi chorum docere ne ad Adonia quidem.

Item in Horis:

— Valeat vero etiam tragoediae
didaſcalus Cleomachus, depilatricium
habens chorum, Lydico more vellentium
carmina prava. —

Teleclides vero, in Rigidis, etiam in adulteriis verſatum eumdem ſignificat. Clearchus vero ſecundo libro Amatoriorum ait, amatoria cantica & Locrica quae vocantur, nihil a Sapphûs & Anacreontis carminibus differre. Adhaec vero Archilochi carmina, & Epicichlidum Homeri maior pars, partem quamdam eiusdem animi adfectionis metricâ poëſi exſequuntur. Sed & quae Aſopodorus ſcripſit in Amorem, (*ſive*, in Cupidinem,)

'Ερωτικῶν 'Επιστολῶν γένος ἐρωτικῆς τινος διὰ λόγου ποιήσεως ἐστίν.

b Τοσαῦτα τοῦ Μασσουρίου διεξελθόντος, περιηνέχθησαν ἡμῖν καὶ αἱ ΔΕΥΤΕΡΑΙ καλούμεναι ΤΡΑΠΕΖΑΙ· πολλάκις ἡμῖν διδόμεναι, οὐ μόνον ταῖς τῶν Κρονίων ἡμέραις, ἐν αἷς Ῥωμαίων παισὶν ἔθος ἐστὶν [1] ἑστιᾶν τοὺς οἰκέτας, αὐτοὺς τὰς τῶν οἰκετῶν ἀναδεχομένους λειτουργίας. Ἑλληνικὸν δὲ τοῦτο τὸ ἔθος. ἐν Κρήτῃ γοῦν, τῇ τῶν Ἑρμαίων ἑορτῇ, τὸ ὅμοιον γίνεται, ὥς φησι Καρύστιος ἐν Ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασιν. εὐωχουμένων γὰρ τῶν οἰκετῶν, οἱ δεσπόται ὑπηρετοῦσι πρὸς τὰς διακονίας. καὶ ἐν Τροιζῆνι δὲ, μηνὶ
c Γεραιστίῳ· [2] πανήγυρις δὲ τότε γίνεται πολυήμερος, ἧς ἐν μιᾷ οἱ δοῦλοι μετὰ τῶν πολιτῶν κοινῇ τε ἀστραγαλίζουσι, καὶ οἱ κύριοι τοὺς δούλους ἑστιῶσιν, ὡς ὁ αὐτός [3] φησι Καρύστιος. Βήρωσος δ', ἐν πρώτῳ Βαβυλωνιακῶν, τῷ Λώῳ φησὶ μηνὶ ἑκκαιδεκάτῃ, ἄγε-

XLIV. SECUNDAE MENSAE.

Saturnalia, a Graecis derivata.

1 Desunt duo verba ms. *A*. 2 Γεραιστίωνι edd. 3 ὡς αὐτὸς edd.

& totum Epistolarum Amatoriarum genus, poësis quaedam est solutâ oratione comprehensa.

44. Haec quum disseruisset Masurius, circumferebantur nobis etiam *Secundae* quae vocantur *Mensae*: quae quidem saepius nobis exhibebantur, nec solum *Saturnalium* diebus: quibus solent Romani servos convivio excipere, ipsi servilia ministeria obeuntes. Est autem Graecanicus hic mos. In *Cretâ* certe feriis Mercurialibus idem faciunt, ut ait Carystius in Historicis Commentariis. Epulantur enim servi, & ministrant famulanturque heri. Idem fit Troezene, mense Geraestio: quo celebrantur plurium dierum feriae, quorum dierum uno servi unà cum civibus talis ludunt, & heri servos epulis excipiunt, ut idem tradit Carystius. Berossus vero primo Rerum Babylonicarum scribit, decimo

Sacea, festum Babyloniorum & Perf.

σθαι ἑορτὴν Σακέαν [1] προσαγορευομένην ἐν Βαβυλῶνι ἐπὶ ἡμέρας πέντε, ἐν αἷς ἔθος εἶναι ἄρχεσθαι τοὺς δεσπότας ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, ἀφηγεῖσθαί τε τῆς οἰκίας ἕνα αὐτῶν ἐνδεδυκότα στολὴν ὁμοίαν τῇ βασιλικῇ, ὃν καὶ καλεῖσθαι ζωγάνην. [2] μνημονεύει τῆς ἑορτῆς καὶ Κτησίας, ἐν δευτέρῳ Περσικῶν. Κῷοι δὲ τοὐναντίον d
tyam ſignificat eſſe commune nomen omnium ciborum ſumtuoſe conditorum, ita ſcribens: »Eſt etiam mattya ex gallina aut alia ave. Mactetur avis cultro per os in caput adacto. Servetur autem in poſterum diem, quemadmodum perdix. Si vis, ſines eam ut eſt cum pennis, plumis evulſis.« Deinde poſtquam condituram expoſuit & coquendi rationem, continuo etiam haec [illegible]iicit: »Altilem gallinam coque, & pullos iam gallulaſcentes, ſi volueris inter pocula veſci. Deinde olus ollâ exemtum in patinam transfer, & ſuperne impoſitis gallinae fruſtis menſae adpone. Aeſtate, loco aceti, acerbae uvae racemos, ita ut a vite decerpuntur, in ius iniice: poſtquam vero cocta uva eſt, extrahe eam cum acinis priusquam grana excidant, deinde olus comminue. Haec mattya eſt ex ſuaviſſimis.« Eſſe igitur

f τοὔνομα τῶν πολυτελεστάτων ἐδεσμάτων, φανερόν. ὅτι δὲ καὶ ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης εὐωχίας ὁμοίως ἐλέγετο, Φιλήμων φησὶν ἐν Ἁρπαζομένῳ·

Γυμνῷ φυλακὴν ἐπίταττε, καὶ διὰ τριῶν
ποτηρίων με ματτύης εὐφραινέτω. [1]

καὶ ἐν Ἀνδροφόνῳ·

Πιεῖν τις ἡμῖν ἐγχεάτω, καὶ ματτύην
ποιεῖτε θᾶττον. —

Ἄλεξις δ' ἐν Πυραύνῳ ἀμφιβόλως εἴρηκεν·

a Ἐγὼ δ' ἐπειδὰν ἀσχολουμένους λάβω,
ἀνέκραγον· οὐ δώσει τις ἡμῖν ματτύην;

ὥσπερ ἂν εἰ τὸ δεῖπνον ἔλεγεν. πιθανὸν δὲ καὶ ἰδίως ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων ἀναφέρειν. Μάχων δ' ὁ Σικυώνιος τῶν μὲν κατὰ Ἀπολλόδωρον τὸν Καρύστιον κωμῳδιοποιῶν εἷς ἐστι καὶ αὐτὸς, οὐκ ἐδίδαξε δ' Ἀθήνησι τὰς κωμῳδίας τὰς ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐν Ἀλεξανδρείῃ. ἦν δ' Machon, poëta comicus.

1 ἐμφαινέτω ed. Ven. & Bas. εὐφραινέτω ed. Cas.

commune nomen exquisitissimorum ciborum adparet. Idem vero nomen subinde etiam de epulo usurpari ex talibus cibis composito, Philemon docet in Rapto:

Nudo custodiam adpone, & tria inter
pocula me mattya oblectet.

& in Homicidâ:

Quod bibamus infundat nobis quispiam, & mattyam
ocyus parate. —

Alexis vero in Pyrauno ambigue dixit:

Ego vero ubi occupatos deprehendi,
exclamavi: Annon nobis dabit aliquis mattyam?

quasi *coenam* dixisset: possis vero etiam proprie ad *cibos* referre. Machon Sicyonius unus e comicis poëtis fuit, qui Apollodori Carystii aetate vixerunt, nec vero Athenis suas docuit fabulas, sed Alexandriae. Fuit autem

Pleias. ἀγαθὸς ποιητὴς, εἴ τις ἄλλος, τῶν μετὰ τοὺς ἑπτά· διόπερ ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης ἐσπούδασε συσχολάσαι αὐτῷ, νέος ὤν. ἐποίησε δὲ καὶ οὗτος ἐν δράματι Ἀγνοίᾳ ταυτί· b

Ἥδιον οὐδέν ἐστί μοι τῆς ματτύης.
τοῦτ' εἴ τε πρῶτοι Μακεδόνες τοῖς Ἀττικοῖς
κατέδειξαν [1] ἡμῖν, εἴ τε πάντες οἱ θεοὶ,
οὐκ οἶδα· πλὴν γ' ὅτι [2] μουσικωτάτου τινός.

LXXXV. Ὅτι δὲ ὕστατον καὶ ἐπὶ πᾶσιν εἰσεφέρετο, Νικόστρατός φησιν ἐν Ἀπελαυνομένῳ. μάγειρος δ' ἐστὶν ὁ διηγούμενος, ὡς λαμπρὰν καὶ εὔτακτον παρεσκεύασεν εὐωχίαν· προδιηγησάμενός τε οἷον ἦν τὸ ἄριστον καὶ τὸ δεῖπνον, καὶ τρίτης μνησθεὶς παραθέσεως, ἐπιφέρει· c

Mattya, extremum epuli ferculum.

Εὖγ', ἄνδρες, [3] εὖ σφόδρ'· ἀλλὰ μὴν τῇ ματτύῃ
οὕτω διαθήσω τὰ μετὰ ταῦθ', ὥστ' οἴομαι,

1 κατεδίδαξαν ed. Ven. & Baf. cum msstis. 2 πλὴν ἔστι γε μουσ. vulgo. 3 Εὖ γε τ' ἄνδρες vulgo.

bonus poëta, si quis alius post claros illos septem: quare etiam Aristophanes Grammaticus, iuvenis cum esset, ad illius familiaritatem sese adplicuit. Sunt autem illius etiam versus huiusmodi, in fabulâ Ignorantiâ:

Suavius mihi nihil est quam mattya.
Hoc utrum primi Macedones nos Atticos
docuerint, an Dii simul omnes, nescio:
illud scio, inventum esse cultissimi cuiusdam ingenii.

85. *Postremum* autem omnium *ferculorum* adponi solitum esse *mattyam*, Nicostratus docet in Expulso. Coquus est qui exponit quam splendidum & bene ordinatum instruxisset epulum. Is igitur postquam praedixit quale fuerit prandium & coena, atque tertium memoravit missum, sic pergit:

Euge, viri, recte admodum: at enim adpositâ mattyâ
sic ea quae supersunt administrabo, ut persuasum habeam,

οὐδ' αὐτὸν ἡμῖν τοῦτον ἀντερεῖν ἔτι.

καὶ ἐν Μαγείρῳ·

Θρίον δὲ καὶ κάνδυλον, [1] ἢ τούτων τὶ τῶν
εἰς ματτύην, οὐδέτερον εἶδε πώποτε.

Ἄλλος δέ τις φησί·

— περιφέρειν ματτύην, ποδάριον
d καὶ γαστρίον τακερόν τι, καὶ μήτρας [2] ἴσως.

Διονύσιος δ' ἐν Ἀκοντιζομένῳ· μάγειρος δέ ἐστιν ὁ λέγων·

Ὥστ' ἐνίοτ' ἂν [3] τούτοισι [4] ποιῶν ματτύην,
σπεύδων ἅμ' εἰσήνεγκα διαμαρτὼν μίαν
ἄκων περιφορὰν τῶν νεκρῶν ὡς τὸν νεκρόν.

Φιλήμων, ἐν Πτωχῇ·

Ἐξὸν ἀποσάττεσθαι δι' ὅλην [5] τὴν ἡμέραν,
ποιοῦντα καὶ διδόντα ματτύας ἐκεῖ.

1 κάνδαυλον puto scrib. 2 μήτραν fortasse. 3 Ὥστ' ἂν ἐνίοτ' ἂν edd. 4 τούτου τοῖσι Ms. 5 δ' ὅλην Ms.

ne hunc quidem ipsum amplius contra dicturum.

& in Coquo:

Thrium & caudaulum, aut horum quidpiam
quae ad mattyam faciunt, vidit ille numquam.

Alius vero ait:

— Circumferre, pro mattyâ, tenerum aliquem pedem,
& molle sumen, & vulvas fortasse.

Dionysius vero in Acontizomeno: (in Iaculis-petito:) est autem coquus loquens:

Quare aliquando cum his pararem mattyam,
festinans simul intuli errans invitus
unum ferculum mortuorum ad mortuum.

Philemon, in Mendicâ:

Cum saburrari liceat per totum diem,
& facere dareque mattyas ibi.

Μόλπις δ' ὁ Λάκων τὰ παρὰ τοῖς Σπαρτιάταις ἐπαίκλεια,[1] ὃ σημαίνει τὰς ἐπιδειπνίδας, ματτύας φησὶ λέγεσθαι παρὰ τοῖς ἄλλοις. ὁ δὲ Κυνικὸς e
Μένιππος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀρκεσιλάῳ[2] γράφει οὕτως· „Πότος ἦν ἐπικωμασάντων τινῶν, καὶ ματτύην ἐκέλευσεν εἰσφέρειν Λάκαινά τις· καὶ εὐθέως περιεφέρετο περδίκια[3] ὀλίγα, καὶ χήνια[4] ὀπτὰ, καὶ τρυφὴ[5] πλακούντων.“ Τὸ δὲ τοιοῦτον δεῖπνον οἱ μὲν Ἀττικοὶ προσηγόρευον ἐπιδόρπισμα· οἱ δὲ Δωριεῖς ἐπαίκλον·[6] τῶν δ' ἄλλων Ἑλλήνων οἱ πλεῖστοι ἐπίδειπνα. f

Τοσούτων καὶ περὶ τῆς ματτύης λεχθέντων, ἔδοξεν ἀπιέναι· καὶ γὰρ ἑσπέρα ἦν ἤδη. καὶ διελύθημεν οὖν[7] οὕτως.

1 ἐπαίκλια ms. *Ep.* inter lin. 2 Temere Ἀρχεσιλάῳ ed. Caf. 2. & 3. 3 περδίκεια ms. *Ep.* inter lin. 4 χήνεια ms. *Ep.* 5 τρύφη forsan. 6 ἔπαικλον edd. 7 Deest vox editis.

Porro Molpis Lacedaemonius ait, quae apud Spartanos *epaeclea* vocantur, quod significat coenarum auctaria, sive postcoenia, ab aliis *mattyas* dici. Menippus vero Cynicus, in libro qui Arcesilaus inscribitur, ita scribit: »Compotatio erat nonnullorum comissantium, & *mattyam* iussit inferri Lacaena quaedam: & statim circumferebantur perdiculae nonnullae, & anserculi assi, & placentarum lautitiae. [*sive*, & anserum assorum, & placentarum frusta.] « Talem vero coenam Attici *epidorpisma* vocabant; Dores vero *epaeclon*, reliquorum Graecorum plerique *epideipna*.

His etiam de *mattya* disputatis, quum iam advesperasset, visum est domum discedere: atque ita, soluto convivio, digressi sumus.

ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

p. 665 a ΕἼ ΜΟΙ τὸ Νεστόρειον εὔγλωσσον μέλι[1] I. Libri Argumentum.
Ἀντήνορός τε τοῦ Φρυγὸς δοίη θεὸς,
κατὰ τὸν πάνσοφον Εὐριπίδην, ἑταῖρε Τιμόκρατες,
οὐκ ἂν δυναίμην —

ἀπομνημονεύειν ἔτι σοι τῶν[2] πολλάκις λεχθέντων ἐν τοῖς περισπουδάστοις τούτοις συμποσίοις, διά τε τὴν ποικιλίαν καὶ τὴν ὁμοιότητα[3] τῶν ἀεὶ καινῶς προσευ-

1 μέλος vulgo. 2 πάντων τῶν exspectabam. 3 τὴν ἀνομοιότητα Dalec.

ATHENAEI DEIPNOSOPHISTARUM

LIBER DECIMUS QUINTUS.

Si mihi Nestoris melleam eloquentiam
Antenorisque Phrygis Deus tribueret,
ut ait sapientissimus Euripides; mi Timocrates,
non tamen valerem —

tibi adhuc commemorare omnia quae subinde disputata sunt in illis exoptatissimis conviviis, propter varietatem rerum quae peraeque novae semper adinventae

ρισκομένων. καὶ γὰρ καὶ περὶ τάξεως τῶν περιφορῶν πολλάκις ἐλέχθη, καὶ περὶ τῶν μετὰ τὸ δεῖπνον ἐπι- b
τελουμένων, ἅπερ καὶ μόλις ἀναπεμπάζομαι, εἰπόντος τινὸς τῶν ἑταίρων τὰ ἐκ τῶν Λακώνων Πλάτωνος ἰαμβεῖα·

Ἄνδρες δεδειπνήκασιν ἤδη σχεδὸν ἅπαντες. εὖγε·
τί οὐ τρέχων σὺ τὰς τραπέζας ἐκφέρεις; Ἐγὼ δὲ
λίτρον [1] παραχέων [2] εἰσέρχομαι. κἀγὼ δὲ παραχορήσων· [3]
σπονδὰς δ' ἔπειτα παραχέας, τὸν κότταβον παροίσω·
τῇ παιδὶ τοὺς αὐλοὺς ἐχρῆν ἤδη προχείρους εἶναι, c
καὶ προσαναφυσᾷν. τὸ μύρον ἤδη παράχεον βαδίζων
Αἰγύπτιον, κᾆτ' ἴρινον· στέφανον δ' ἔπειθ' ἑκάστῳ
δώσω φέρων τῶν ξυμποτῶν. νεόκρατά τις ποιείτω.

1 λουτρὸν vel νίπτρον corr. viri docti. 2 Aut nude χέων, aut ἔρχομαι legend. 3 παραχορήσω corr. Herm.

sunt. Nam & de ordine ferculorum saepius disputatum est, & de his quae post coenam peraguntur; quae aegre quidem, sed revoco tamen in memoriam, Platonis iambos illos ex Laconibus cogitans, qui ab aliquo convivarum recitati sunt:

Coenarunt iam fere convivae omnes. Euge,
quin tu ocyus mensas remove? Ego vero
nitrum (malluvium) *fundens ingredior. Et ego pavimentum everram:*
deinde quum libamina infudero, cottabum adferam.
Puellam hanc oportebat tibias iam in promtu habere,
& inflare. I tu, unguentum iam adfunde,
Aegyptium statim, tum irinum:
& ego deinde coronas singulis
distribuam convivis. Denuo vinum misceat quispiam!

καὶ δὴ κέκραται. Τὸν λιβανωτὸν ἐπιτιθεὶς εἶπε [1]
d σπονδὴ μὲν ἤδη [2] γέγονε, καὶ πίνοντες ἤδη πόρρω· [3]
καὶ σκολιὸν ᾖσται, κότταβος δ' ἐξοίχεται θύραζε.
αὐλοὺς δ' ἔχουσά τις κορίσκη Καρικὸν μέλος τι [4]
μελίζεται τοῖς συμπόταις· κ' ἄλλην [5] τρίγωνον εἶδον
ἔχουσαν, εἶτ' [6] ᾖδεν πρὸς αὐτὸ μέλος Ἰωνικόν τι.

II. 'Αποκοτταβίζειν, vomere.

Μετὰ ταῦτ' οἶμαι [7] καὶ περὶ κοττάβων ζήτησις e ἦν καὶ τῶν ἀποκοτταβιζόντων. οὓς οἰηθείς τις τῶν παρόντων ἰατρῶν εἶναι τούτων, οἳ ἀπὸ βαλανείου [8] καθάρσεως ἕνεκα τοῦ στομάχου πίνοντες ἄμυστιν ἀποβλύζουσιν, [9] ἔφη οὐκ εἶναι παλαιὰν ταύτην παράδοσιν, οὐδὲ εἰδέναι τινὰ τῶν ἀρχαίων ταύτῃ τῇ καθάρσει χρησάμενον. διὸ καὶ Ἐρασίστρατον τὸν Ἰουλιήτην ἐν τῇ

1 ἐπιτίθου. σὺ δ' εἰπὲ corr. Herm. 2 σπονδὴ μὲν Ms. ποῦ δῆμε † ἤδη edd. ποῦ δὴ μέλος; corr. Cas. ποῦ δὴ μέθυ ἤδη γεγ. Herm. 3 καὶ ἔπινόν γ' ἤδη πόρρω corr. Casaub. 4 Abest τι vulgo. 5 καλλὴν Ms. συμπόταισι καλὴν edd. 6 ἦτ' edd. 7 Forf. ἡμῖν. 8 Temere ἐπὶ βαλ. ed. Caf. 2. & 3. 9 ἀποκλύζουσιν ms. *Ep.*

Iamque mixtum est: & thure imposito dixit, Fiat libatio!
Iamque facta libatio est: bibebantque iam longius.,
& scolion (convivale carmen) *canebatur: & foras exit cottabus.*
Tibias autem habens puella, Caricum melos quodpiam canit convivis: & aliam vidi trigonum
tenentem, ad illudque Ionicum canentem canticum.

2. Posthaec etiam de *cottabis*, puto, quaestio agitabatur, & de *cottabissantibus*. Quos cum praesentium medicorum aliquis putaret esse ex eorum numero, qui post balneum, purgandi ventriculi caussa, vinum largiter haustum evomunt; haud antiquum esse illud institutum ait, nec ullum se nosse veterum, qui eo purgationis genere usus sit. Itaque Erasistratum Iuliensem

Περὶ τῶν Καθόλου πραγματείᾳ ἐπιτιμᾷν τοῖς τοῦτο a ποιοῦσι, βλαπτικὸν ὀφθαλμῶν τὸ ἐπιχείρημα δεικνύων, καὶ τῆς κάτω κοιλίας ἐπισχετικόν. πρὸς ὃν Οὐλπιανὸς ἔφη·

Ὄρσ' Ἀσκληπιάδη, καλέει κρείων σε Χαρωνεύς.

Οὐ γὰρ κακῶς τινι τῶν ἑταίρων ἡμῶν ἐλέχθη τὸ, εἰ μὴ ἰατροὶ ἦσαν, οὐδὲν ἂν ἦν τῶν γραμματικῶν μωρότερον. τίς γὰρ ἡμῶν οὐκ οἶδεν, ὅτι οὐκ ἦν οὗτος ὁ ἀποκοτταβισμὸς ἀρχαῖος; εἰ μή τι σὺ καὶ τοὺς Ἀμειψίου ἀποβλύζειν ὑπολαμβάνεις. Ἐπεὶ οὖν ἄπειρος εἶ τῆς τοιαύτης θεωρίας, μάθε παρ' ἐμοῦ, ὅτι πρῶτον b

Cottabi ludus, Siculum inventum.

μὲν ἡ τῶν κοττάβων εὕρεσις Σικελική ἐστι παιδιά· ταύτην πρώτων [1] εὑρόντων Σικελῶν, ὡς Κριτίας φησὶν ὁ Καλλαίσχρου ἐν τοῖς Ἐλεγείοις διὰ τούτων·

Κότταβος ἐκ Σικελῆς ἐστι χθονὸς ἐκπρεπὲς ἔργον,
ὃν σκοπὸν ἐς λατάγων [2] τόξα καθιστάμεθα.

Δικαίαρχος δ' [3] ὁ Μεσσήνιος, [4] Ἀριστοτέλους μαθη-

1 πρῶτον edd. 2 λαταγῶν edd. 3 Abest δ' vulgo. 4 ὁ Μιλήσιος edd.

in opere De Universa Medicina, reprehendere eos qui id faciunt; ostendereque, oculis nocere illud institutum, & alvum cohibere. Cui Ulpianus ait:

Surge Asclepiades, vocat te rex Charoneus.

Nec enim male ab aliquo sodalium nostrorum dictum est, *nisi essent Medici, nihil stultius fore Grammaticis.* Quis enim nostrûm ignorat, non esse antiquum hoc genus cottabissandi? nisi fortasse etiam Ameipsiae Cottabissantes vomuisse putas. Quoniam igitur nescis quid sit hoc de quo quaerimus; disce a me, Siculum esse inventum cottabi ludum. Nam, primos illum invenisse Siculos, Critias docet Callaeschri filius in Elegiis, ubi ait:

Cottabus e Sicula est terra, pulcerrimum inventum,
quem scopum ponimus, quo iaculamur latagis.

Dicaearchus vero Messenius, Aristotelis discipulus, in li-

τῆς, ἐν τῷ Περὶ Ἀλκαίου, καὶ τὴν λατάγην φησὶν εἶναι Σικελικὸν ὄνομα. λατάγη δ' ἐστὶ τὸ ὑπολειπόμενον ἀπὸ τοῦ ἐκποθέντος ποτηρίου ὑγρὸν, ὃ συνεστραμμένῃ τῇ χειρὶ ἄνωθεν ἐῤῥίπτουν οἱ παίζοντες εἰς τὸ κοτταβεῖον.[1] Κλείταρχος δ' ἐν τῇ Περὶ Γλωττῶν πραγματείᾳ, λατάγην Θεσσαλοὺς καὶ Ῥοδίους τὸν ἀπὸ τῶν ποτηρίων κότταβον λέγειν.

Latax, vel lataga.

c

III. Cottabus: de vase, & de praemio cottabismi.

Κότταβος δ' ἐκαλεῖτο καὶ[2] τὸ τιθέμενον ἆθλον τοῖς νικῶσιν ἐν τῷ πότῳ, ὡς Εὐριπίδης παρίστησιν ἐν Οἰνεῖ, λέγων οὕτως·

Πυκνοῖς δ' ἔβαλλον Βακχίου[3] τοξεύμασι
κάρα γέροντος· τὸν βάλλοντα δὲ στέφειν
ἐγὼ τετάγμην, ἆθλα κοττάβων[4] διδούς.

d Ἐκαλεῖτο δὲ κότταβος καὶ τὸ ἄγγος εἰς ὃ ἔβαλλον τὰς λατάγας,[5] ὡς Κρατῖνος ἐν Νεμέσει δείκνυσι.[6]

1 κοττάβιον ms. *Ep.* 2 Deest καὶ edd. 3 Βακχείου mss. 4 κότταβον legisse videtur Athenaeus. 5 Forſ. τὰς λάταγας. 6 Inſerenda hic videntur haec: Ὅτι δὲ καὶ χαλκοῦν ἦν, Εὔπολις ἐν Βάπταις λέγει· »Χαλκῷ περὶ κοττάβῳ.«

bro de Alcaeo ait, *latagam* etiam Siculum eſſe vocabulum. Eſt autem *lataga* reſiduus in poculo epoto liquor; quem contracta (*vel*, contorta) manu in altum iaciebant ludentes, quo in cottabeum decideret. Clitarchus vero, in opere De Gloſſis, *latagam*, ait, Theſſalos ac Rhodios vocare cottabum [*id eſt*, ſonitum *vel* ſtrepitum] e poculis.

3. *Cottabus* vero etiam vocabatur praemium victoribus inter pecula propoſitum; quemadmodum Euripides in Oeneo docet, ubi ait:

Frequentibus petebant Bacchi iactibus
caput ſenis: ferientem vero coronare
ego iuſſus eram, praemium dans cottabum.

Vocabatur vero *cottabus* etiam vas, in quod iactabant latagas, ut Cratinus oſtendit in Nemeſi. Plato vero, in

Πλάτων δ', ἐν Διῒ κακουμένῳ, παιδιᾶς εἶδος[1] παροίνιον τὸν κότταβον εἶναι ὑποδίδωσιν, ἐν ᾗ ἐξίσταντο καὶ τῶν σκευαρίων οἱ δυσκυβοῦντες. λέγει δ' οὕτως·

A. Πρὸς κότταβον παίζειν, ἕως ἂν σφῷν ἐγὼ
τὸ δεῖπνον [ὧδε] σκευάσω,[2] πάνυ βούλομαι.
Ἀλλ' † ἄνεμος ἐστάλεις[3] θυΐαν παῖς τεὸν[4]
φέρε τὴν θυείαν,[5] αἶρ' ὕδωρ, ποτήρια
παράθετε.[6] B. Παίζωμεν δὲ περὶ φιλημάτων. 5 e
— A. Ἀγεννῶς οὐχ ἐῶ.[7]
παίζειν τίθεμαι κοττάβεια[8] σφῷν ἐγώ,
τασδί γε τὰς κρηπῖδας, ἃς αὕτη φορεῖ,
καὶ τὸν κότυλον τὸν σόν. B. Βαβαιάξ· οὑτοσὶ[9]
μείζων ἀγὼν τῆς[10] Ἰσθμιάδος ἐπέρχεται.

1 οἶνος ms. A. 2 Vulgo, τὸ δεῖπνον ἐσκευάσω. 3 ἐστάλλεις Ms. 4 Temere θεὸν ed. Caſ. Legendum fortaſſe:
Ἀλλ' ἄγε, δὸς ὡς τάχος (vel, Ἀλλ' ἄνεμος ὡς σταλεὶς) θυείαν παιστικήν.
5 θυΐαν vulgo. 6 παραθές τε corr. Iac. 7 *Delendum videtur comma poſt* ἐῶ, & dein *verſ. ſq.* ſic ſcribendum, παίζειν. τίθεμαι δὲ κοτταβ. Sed Caſaub. tenens diſtinctionem poſt ἐῶ, deinde legebat παίζειν δὲ τίθεμαι κοττ. 8 κοττάβια edd. κοτταβεῖα corrigunt viri docti. 9 οὑτοσί edd. 10 ἀγωνιστὴς vulgo.

Iove male-adfecto, ludi genus inter pocula declarat eſſe cottabum, in quo vaſculis ſuis vincenti cedebant hi qui parum feliciter iaciebant. Verba poëtae haec ſunt:

A. Cottabo vos ludere, donec vobis duobus
parata intus coena fuerit, admodum velim.
At age, ocyus pilam luſoriam,
pilam, inquam, adfer; aquam hauri; pocula
adponite. B. De oſculis autem ludamus.
A. Ignobile hoc fuerit: non patiar.
Cottabea vero ludentibus vobis propono,
haſce quas illa geſtat crepidas,
& poculum tuum. B. Papae! hoc
maius certamen quam Iſthmiadis inſtat.

IV. Cottabus cataclus, five penfilis.

Ἐκάλουν δὲ καὶ καταχτούς τινας κοττάβους. ἔστι δὲ λυχνία ἀναγόμενα, πάλιν τε συμπίπτοντα. Εὔβουλος, Βελλεροφόντῃ·

Τίς ἂν λάβοιτο τοῦ σκέλους κάτωθέ μοι!
f ἄνω γὰρ ὥσπερ κοττάβειον αἴρομαι.

Ἀντιφάνης δ' ἐν Ἀφροδίτης γοναῖς·

Α. Τονδὶ [1] λέγω· σὺ δ' οὐ συνιεῖς; [2] κότταβος
τὸ λυχνίον ἐστί. πρόσεχε τὸν νοῦν. ᾠὰ μὲν,
καὶ πέμμα καὶ τράγημα, νικητήριον. [3]
Β. Περὶ τοῦ γελοίου [4] κοτταβιεῖτε. τίνα τρόπον;
Α. Ἐγὼ διδάξω καθ' ὄν. ὃς ἂν [5] τὸν κότταβον
ἀφεὶς ἐπὶ τὴν πλάστιγγα ποιήσῃ πεσεῖν, — [6]
Β. Πλάστιγγα ποίαν; τοῦτο τοὐπικείμενον
ἄνω τὸ μικρὸν τὸ πινακίσκιον λέγεις;

1 Τὸν δὲ edd. Τονδεὶ Ms. 2 συνῖης edd. συνιεὶς Ms. 3 Vulgo πέντε νικητήριον, & desunt reliqua verba. 4 περὶ τοῦ; γελοῖον κοττ. edd. 5 καθ' ὅσον ἂν vulgo. 6 Desunt vulgo verba ποιήσῃ πεσεῖν, & Πλάστιγγα ποίαν.

4. Vocabant vero etiam *catactos* five *deorsum actos* [alii *penfiles* interpretantur] cottabos quosdam. Sunt autem candelabra, quae sursum trahuntur, rursusque descendunt. Eubulus, Bellerophonte:

Ecquis mihi inferne crus prehendat!
nam, veluti cottabeum, sursum tollor.

Antiphanes, in Veneris Natalibus:

A. *Hunc ipsum dico: tu vero non intelligis? Cottabus*
istud candelabrum est, adverte animum: ova vero,
& pemma, & tragema, sunt victoriae praemia.
B. *De re ridiculâ cotabissabitis. Quonam vero modo?*
A. *Ego docebo quo. Quisquis cottabum*
iaculans in plastingem, descendere eam fecit, —
B. *Plastingem? qualem? hanccine superne*
impositam exiguam dicis lanciculam?

A. Τοῦτ' ἔστι πλάστιγξ. — οὗτος ὁ κρατῶν γίνεται. a
B. Πῶς δ' εἴσεταί τις τοῦτ'; A. Ἐὰν [1] τύχῃ μόνον
αὐτῆς, ἐπὶ τὸν μάνην πεσεῖται, καὶ ψόφος
ἔσται πάνυ πολύς. B. Πρὸς θεῶν. τῷ κοττάβῳ
πρόσεστι καὶ Μάνης τις, ὥσπερ οἰκέτης;

Manes.

Καὶ μετ' ὀλίγα·

B. Ὧι δεῖ λαβὼν τὸ ποτήριον δεῖξον νόμῳ.
A. Αὐλητικῶς δεῖ [2] καρκινοῦν τοὺς δακτύλους,
οἶνόν τε μικρὸν ἐγχέαι, καὶ μὴ πολύν·
ἔπειτ' ἀφήσεις. B. Τίνα τρόπον; A. Δεῦρο βλέπε. b
τοιοῦτον. B. Ὦ Πόσειδον, ὡς ὕψους σφόδρα!
A. Οὕτω ποιήσεις. B. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν σφενδόνῃ
οὐκ ἂν ἐφικοίμην αὐτόσ'. A. Ἀλλὰ μάνθανε.

V.

Mollis dextrae flexus in cottabi ludicro.

Ἀγκυλοῦντα γὰρ [3] δεῖ σφόδρα τὴν χεῖρα εὐρύθμως πέμπειν τὸν κότταβον, ὡς Δικαίαρχός φησιν,

1 τοῦτό γ' ἂν edd. τοῦτο ἂν ms. 2 δὴ vulgo. 3 Deest γὰρ edd.

A. Haec plastinx est: — is igitur victor discedit.
B. At quomodo hoc cognoscitur? A. Si modo attigeris
illam, cadet illa super manem, & strepitus
fiet ingens admodum. B. Proh Dii! ergo cottabo
adest etiam Manes aliquis, tamquam famulus.

Et paucis interiectis sic pergit:

B. Cape poculum, & ostende quonam modo [faciendum].
A. Veluti tibicen incurvare oportet digitos,
& parum vini infusum habere, non utique multum:
deinde emittes. B. Quo modo? A. Huc specta!
tali modo. B. O Neptune, quantam in altitudinem!
A. Ita facies. B. At ego ne fundâ quidem
eo usque pertigero. A. Sed disce.

5. Etenim incurvatâ valde manu concinno quodam modo emittere cottabum oportet, ut Dicaearchus ait,

καὶ Πλάτων δ᾽ ἐν τῷ Διῒ τῷ κακουμένῳ παρακελεύεται δέ τις τῷ Ἡρακλεῖ, μὴ σκληρὰν ἔχειν τὴν χεῖρα μέλλοντα κοτταβίζειν. Ἐκάλουν δ᾽ ἀπ᾽ ἀγ-
c κύλης τὴν τοῦ κοττάβου πρόεσιν, διὰ τὸ ἀπαγκυλοῦν τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐν τοῖς ἀποκοτταβισμοῖς. οἱ δὲ, ποτηρίου εἶδος τὴν ἀγκύλην, φασί. Βακχυλίδης ἐν Ἐρωτικοῖς· „Εὖτε —

τὴν ἀπ᾽ ἀγκύλης ἵησι, τοῖσδε τοῖς νεανίαις [1]
λευκὸν ἀντείνασα [2] πῆχυν.“

καὶ Αἰσχύλος δ᾽ ἐν Ὀστολόγοις ἀγκυλητοὺς λέγει κοττάβους, διὰ τούτων·

— Εὐρύμαχος, οὐκ ἄλλος, [3] οὐδὲν ἥσσονας [4]
ὕβριζ᾽ ὑβρισμοὺς, οὐκ ἐναισίους [5] ἐμοί.
ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ κότταβος ἀεὶ τοὐμὸν κάρα [6]
d τοῦ δ᾽ ἀγκυλητοῦ κόσσαβός [7] ἐστι σκοπὸς

1 τοῖς δὲ τοῖσι νεανίαις edd. Alibi nude ἵησι τοῖς νεανίαις. 2 Ibidem ἐντείνασα. 3 Εὐρύμαχος οὖν τις ἄλλος corr. Caſ. 4 ἧσσον Ms. 5 αἰνεσίους vulgo. 6 τοῦ μὲν κ᾽ ἄρα edd. τοῦ μὲν κάρα Ms. 7 κοσσάβιος Ms. Vide pag. ſeq.

itemque Plato in Iove male-adfecto, ubi hortatur aliquis Herculem, *ne duram habeat manum, ſi velit cottabum iaculari.* Vocabant autem ἀπ᾽ ἀγκύλης (quaſi dicas, *e curvâ*) ipſam cottabi proiectionem, eo quod in cottabiſmo *incurvare* oportet (ἀπαγκυλοῦν) dextram manum. Alii vero, τὴν ἀγκύλην (*anculam*) poculi genus eſſe aiunt. Bacchylides, in Eroticis:

Quando illa (latagam) *ex ancula* (ἀπ᾽ ἀγκύλης) *proiecit,*
hisce adoleſcentibus candidum protendens brachium.

Aeſchylus vero etiam, in Oſſilegis, *anculatos* (ἀγκυλητοὺς) *cottabos* dixit, his verbis:

Eurymachus, non alius, nihilo minoribus
contumeliis me adfecit, indignis prorſus.
Erat enim ei ſemper hoc meum caput
& anculatis eius cottabis opportunus ſcopus.

† ἐκτεμὼν ἡβῶσα χεὶρ [1] ἐφίετο.

Ὅτι δὲ ἆθλον προὔκειτο τῷ εὖ προεμένῳ τὸν κότταβον, προείρηκε μὲν καὶ ὁ Ἀντιφάνης· ᾠὰ γάρ ἐστι καὶ πεμμάτια καὶ τραγήματα. ὁμοίως δὲ διεξέρχονται Κηφισόδωρος ἐν Τροφωνίῳ, καὶ Καλλίας ἢ Διοκλῆς ἐν Κύκλωψι. καὶ Εὔπολις, Ἕρμιππός τε ἐν τοῖς Ἰάμβοις. Τὸ δὲ καλούμενον κατακτὸν κοττάβιον τοιοῦτόν ἐστι· λυχνίον ἐστὶν ὑψηλὸν, ἔχον τὸν μάνην καλούμενον, ἐφ' ὃν [2] τὴν καταβαλλομένην ἔδει πεσεῖν πλάστιγγα, ἐντεῦθεν δ' ἔπιπτεν εἰς λεκάνην ὑποκειμένην πληγεῖσαν τῷ κοττάβῳ· καί τις ἦν ἀκριβὴς εὐχειρία τῆς βολῆς. μνημονεύει δὲ τοῦ Μάνου [3] Νικοχάρης ἐν Λάκωσιν.

Cottabus catactus.

e

VI. Ἕτερον δ' ἐστὶν εἶδος παιδιᾶς τῆς ἐν λεκάνῃ. αὐ-

1 χεῖρ' edd. Tres postremi versus tali quodam modo corrigendi videntur:

ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ τοῦτ' ἀεὶ τοὐμὸν κάρα
τοῖς ἀγκυλήτοις κοσσάβοις ἐπίσκοπον,
οὗ ἐκτενῶς ἡβῶσα χεὶρ ἐφίετο.

2 ἐφ' οὗ edd. 3 καὶ Νικοχάρης malebam.

quem impense lasciviens manus eius petebat.

Fuisse autem *praemium* propositum ei, qui recte iacularetur cottabum, Antiphanes in verbis supra adpositis declaravit. Sunt enim *ova & placentae & bellaria*. Similiterque etiam exponunt Cephisodorus in Trophonio, & Callias sive Diocles in Cyclopibus, & Eupolis, & Hermippus in Iambis. Quod autem *catactum* vocatur *cottabium*, tale est: Candelabrum est elatum, habens manem qui vocatur, super quem incidere oportebat depressam lancem; inde vero decidebat ille in subiectam pelvim cottabo percussam: & erat quaedam adcurata in iactando dexteritas. Meminit vero Manis (etiam) Nicochares in Laconibus.

6. Est vero aliud huius ludicri genus, quod in pelvi

τη δ' ὕδατος πληροῦται, ἐπινεῖ τε ἐπ' αὐτῆς ὀξύβαφα κενὰ, ἐφ' ἃ βάλλοντες τὰς λατάγας [1] ἐκ καρχησίων ἐπειρῶντο καταδύειν· ἀνῃρεῖτο δὲ τὰ κοττάβια [2] ὁ πλείω καταδύσας. Ἀμειψίας, Ἀποκοτταβίζουσιν ἢ Μανίᾳ· [3]

Aliud Cottabi genus.

f

— — Φέρ' ὀξύβαφα καὶ κανθάρους,
καὶ τὸν ποδανιπτῆρ', [4] ἐγχέασα θ' ὕδατος.

Κρατῖνος, ἐν Νεμέσει·

„Τῷ δὲ [5] κοττάβῳ προθέντας ἐν πατρικοῖσιν νόμοις τὸ κεινέου ὀξυβάφοις [6] βάλλειν μὰν τῷ πόντῳ δὲ βάλλοντι νέμω πλεῖστα τύχης. τὸ δ' ἆθλον.“ [7]

Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν,

Ἔγνωκ' ἐγὼ δὲ χάλκιον, [8]
τοῦτ' ἔστι κοττάβειον, [9] ἱστάναι καὶ μυῤῥίνας.

1 λάταγας malebam. 2 κοτταβεια ms. A. 3 Μάνῃ corr. Meurs. 4 ποδανιπτῆρα edd. 5 τῷ δὲ ed. Ven. τῷ Διὶ ed. Bas. & Cas. 6 τὸ κινέου ὀξύβαφον edd. Corruptis verbis idonea nulla medicina occurrebat. 7 Iungenda videntur verba τύχης τόδ' ἆθλον. 8 χάλκειον Ms. 9 Tria verba non videntur esse Aristophanis.

exercetur. Pelvis aqua repletur, & aquae innatant vacua acetabula, in quae ex carchesiis (poculorum id nomen est) coniicientes latagas, demergere illa conabantur: & cottabia reportabat is qui plurima demerserat. Ameipsias, in Cottabissantibus vel Mania:

— *Acetabula adfer & cantharos,*
& pelluvium, aquamque infunde.

Cratinus, in Nemesi:

» In cottabo propono patrio more acetabula vacua ferire: qui vero plurima demerserit, ei felicitatis hoc praemium maximum tribuo. «

Aristophanes, in Convivatoribus:

Decrevi ego ahenum (id est, cottabeum) *statuere*
& myrti ramulos.

Ἕρμιππος, Μοίραις· a

Χλανίδες δ' οὖλαι [1] καταβέβληνται,
θώρακα δ' ἅπας ἐμπερονᾶται, [2]
κνημίδα [3] δὲ περὶ σφυρὸν ἀρθροῦνται,
βλαύτης δ' οὐδεὶς ἔτ' ἔρως [4] λευκῆς,
ῥάβδον δ' ὄψει τὴν κοτταβικὴν
ἐν τοῖς ἀχύροισι κυλινδομένην,
μάνης [5] δ' οὐδὲν λατάγων ἀΐει [6]
τὴν δὲ τάλαιναν [7] πλάστιγγ' ἂν [8] ἴδοις
παρὰ τὸν στροφέα τῆς κηπαίας
ἐν τοῖσι κορήμασιν οὖσαν.

Ἀχαιὸς δ' ἐν Λίνῳ, περὶ τῶν Σατύρων λέγων, φησί·

Ῥιπτοῦντες ἐκβάλλοντες ἀγνῦντες τί μου
λέγοντες ὦ κάλλιστον Ἡρακλεῖ λάταξ. [9] b

1 δοῦλαι edd. 2 Temere ἐμπεπερονᾶται ed. Caſ. 3. 3 κνημῖδες vulgo. 4 ἑτέρως vulgo. 5 μανῆς h. l. edd. 6 λαταγῶν ἀΐει edd. λατάγωνα ει Ms. 7 τὴν τάλαιναν edd. 8 Deeſt vulgo ἂν h. l. 9 Legendum videtur cum Toupio maxime:
Ῥιπτοῦντες, ἐκβάλλοντες, ἀγνύντες, τίν' οὐ
λέγοντες. ὦ καλλίστη, Ἡράκλεις, λάταξ.

Hermippus, in Parcis:

Laenae molles abiiciuntur;
thoracem quisque induit;
ocream circa malleolum adſtringunt;
candidas crepidas nemo deſiderat;
baculum videas cottabicum
inter paleas volutantem;
manes nullas latagas audit;
miſeramque lancem videas
hortenſis ad portae cardines
inter purgamenta proiectam.

Achaeus, in Lino, de Satyris loquens, ait:

Iacientes, eiicientes, frangentes, quem non
nuncupantes? O praeclara, mehercle, latax.

τοῦτο δὲ „λέγοντες“ παρ' ὅσον τῶν ἐρωμένων ἐμέμνηντο, ἀφιέντες ἐπ' αὐτοῖς τοὺς λεγομένους κοσσάβους. διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ Ἀφροδισίαν εἴρηκε τὴν λάταγα:

„Ξανθὴ δ' Ἀφροδισία λάταξ πᾶσιν
„ἐπεισκύπτει [1] δόμοις.“

καὶ Εὐριπίδης, ἐν Πλεισθένει·

„Πολὺς δὲ κοσσάβων ἀραγμὸς Κύπριδος
„προσῳδὸν [2] ἀχεῖ μέλος ἐν δόμοισιν.“ [3]

καὶ Καλλίμαχος δέ φησιν·

Πολλοὶ καὶ, φιλέοντες Ἀκόντιον, [4] ἧκαν ἔραζε,
c οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λατάγας.

Ἦν δέ τι καὶ ἄλλο κοτταβίων εἶδος προτιθέμενον ἐν ταῖς παννυχίσιν, οὗ μνημονεύει Κάλλιππος ἐν Παννυχίδι, διὰ τούτων· VII. Pervigilium.

1 ἐπεγκύπτει ed. Ven. ἐπεισκύπτει ed. Bas. ἐπεκύπτει Ms. ἐπισκύπτει corr. Coray. Totum fragm. ita fortasse scribendum:
-- -- Ξένη δὲ κἀφροδισία
λάταξ ἅπασι νῦν ἐπισκύπτει δόμοις.
2 πρόσῳδον edd. 3 δόμοις Musgr. Notatur h. l. in *Epit.* Λέγονται δὲ καὶ κόσσαβοι. 4 ἀκόντιον edd. ut nomen appellativum.

Hoc *nuncupantes* dixit poëta, quatenus amasios nuncupare solebant, & invocato illorum nomine cossabos, qui dicuntur, iaculari. Quare etiam Sophocles in Inacho *aphrodisiam* dixit *latagem*:

Peregrina vero & aphrodisia
in domos cunctas ingruit latax.

& Euripides, in Pleisthene:

Multus autem cossaborum strepitus
musicam edit Veneri congruentem in aedibus.

Atque etiam Callimachus ait:

Multi quoque vini potores, amantes Acontium,
in terram iactarunt Siculas ex poculis latagas.

7. Erat vero & aliud cottabiorum genus in Pervigiliis propositum; cuius meminit Callippus, his verbis:

Ὁ δ' ἀγρυπνήσας τὸν πυραμοῦντα λήψεται
τὰ κοττάβια,[1] καὶ τῶν παρουσῶν ἣν θέλει[2]
φιλήσει. —

ἐγίνετο δὲ καὶ πεμμάτιά τινα ἐν ταῖς παννυχίσιν, ἐν αἷς πλεῖστον ὅσον χρόνον διηγρύπνουν χορεύοντες· καὶ διωνομάζετο τὰ πεμμάτια τότε[3] χαρίσιοι,[4] ἀπὸ τῆς τῶν ἀναιρουμένων χαρᾶς. μνημονεύει Εὔβουλος ἐν Ἀγ- d
κυλίωνι, λέγων οὑτωσί·

Καὶ γὰρ πάλαι πέττει[5] τὰ νικητήρια.

εἶθ' ἑξῆς φησίν·

Ἐξεπήδησ' ἀρτίως πέττουσα τὸν χαρίσιον.

Ὅτι δὲ καὶ φίλημα ἦν ἆθλον, ἑξῆς λέγει ὁ Εὔβουλος·

Εἶεν, γυναῖκες· νῦν ὅπως τὴν νύχθ' ὅλην
ἐν τῇ δεκάτῃ τοῦ παιδίου χορεύσετε.

1 κοττάβεια Ms. 2 θέλῃ edd. 3 ταῦτα forſ. 4 χαρίσια edd. cum *Epit.* χαρίσιαι ms. *A.* 5 πέπτει edd. & dein πέπτουσα.

Qui pervigilaverit, is pyramuntem accipiet
prò cottabio, & quamcumque voluerit praeſentium
oſculabitur. —

Conficiebantur autem etiam pemmata quaedam in pervigiliis, in quibus quam longiſſimum tempus pervigilabant ſaltantes: & nominabantur illa pemmata ſigillatim tunc *chariſii*, a gaudio (τῆς χαρᾶς) eorum, qui illa pro praemio reportabant. Meminit Eubulus in Ancylione, ubi ait:

Dudum enim coquit victoribus praemia.

Et paulo poſt:

Modo exſilui, ut coquerem chariſium.

Sed & oſculum pro praemio fuiſſe, idem Eubulus deinde ſignificat:

Agite, mulieres! nunc totam noctem,
luſtrico hoc die, decimo ex quo mihi natus infans, ſaltate.

θήσω δὲ νικητήριον τρεῖς ταινίας,
καὶ μῆλα πέντε, καὶ φιλήματ' ἐννέα.

Ὅτι δὲ ἐσπούδαστο παρὰ τοῖς Σικελιώταις ὁ κότταβος, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ οἰκήματα [1] ἐπιτήδεια τῇ παιδιᾷ κατασκευάζεσθαι, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος ἐν τῷ Περὶ Ἀλκαίου. [2] οὐκ ἀπεικότως οὖν οὐδ' ὁ Καλλίμαχος Σικελὴν τὴν λάταγα προσηγόρευσεν. [3] Μνημονεύει τῶν λαταγῶν [4] καὶ τῶν κοττάβων καὶ ὁ Χαλκοῦς [5] καλούμενος Διονύσιος ἐν τοῖς Ἐλεγείοις, διὰ τούτων·

e

Κότταβον ἔνθαδέ σοι τρίτον ἱστάναι [6] οἱ δυσέρωτες
f ἡμεῖς προστίθεμεν γυμνασίῳ Βρομίου,
κώρυκον. οἱ δὲ παρόντες ἐνείρετε χεῖρας ἅπαντες
ἐς σφαίρας κυλίκων· καὶ πρὶν ἐκεῖνον ἰεῖν, [7]
ὄμματι βηματίσασθε [8] τὸν αἰθέρα τὸν κατακλινῆ, [9]
εἰς ὅσον αἱ λάταγες [10] χωρίον ἐκτέταται. [11]

1 οἱ βήματα edd. 2 Ἀλκμᾶνος edd. 3 προσηγόρευε edd. 4 Immo λατάγων. 5 Perperam Χαλκὸς ms. A. 6 ἱστάναι ed. Bas. & Cas. 7 ἰδεῖν vulgo. 8 βηματίσαισθε Ms. 9 κατακλείνην Ms. 10 Utique ἐς λάταγες videtur legendum: aut εἰς ὅσσον γε λάταξ. 11 Fors. ἐκπέταται.

Ponam autem victoribus praemia, tres taenias,
& mala quinque, & oscula novem.

Insigne autem studium in cottabi ludum contulisse Siculos ex eo adparet, quod etiam conclavia huic ludo adaptata exstruxerint, ut Dicaearchus tradit in libro De Alcaeo. Quare non immerito Callimachus *Siculam* adpellavit *Latagem*. Meminit latagum & cottaborum etiam Dionysius cognomine Aeneus in Elegis, ubi ait:

Cottabum hic tibi tertium statuimus nos infelices-amoribus,
quem adiicimus exercitationi Bacchi,
pilam. Vos vero praesentes firmiter prehendite manibus cuncti
pilas calicum: &, priusquam illam emittatis,
oculis metimini aethera devexum,
quantum in spatium vis latagis tendat. (sive, *volet.*)

VIII. Ἐπὶ τούτοις ὁ Οὐλπιανὸς ᾔτει πιεῖν μεγάλῃ κύλικι, ἐπιλέγων ἐκ τῶν αὐτῶν Ἐλεγείων καὶ τόδε·[1]

Ὕμνους οἰνοχοεῖν ἐπιδέξια σοί τε καὶ ἡμῖν, a
τόνδε σὸν ἀρχαῖον τηλέδαπόν τε φίλον
εἰρεσίῃ γλώσσης ἀποπέμψομεν εἰς μέγαν αἶνον
τοῦ δ' ἐπὶ συμποσίου·[2] δεξιότης τε λόγου[3]
Φαίακος Μουσῶν ἐρέτας[4] ἐπὶ σέλματα πέμπει.

Κατὰ γὰρ τὸν νεώτερον Κρατῖνον, ὃς ἐν Ὀμφάλῃ φησί·

Πίνειν μένοντα[5] τὸν καλῶς εὐδαίμονα
κρεῖττον· μάχης[6] δ' ἄλλοισι καὶ πόνου μέλοι. b

Πρὸς ὃν ὁ Κύνουλκος, ἀεὶ τῷ Σύρῳ ἀντικορυσσόμενος, καὶ οὐδέποτε τῆς φιλονεικίας παυόμενος, ἧς εἶχε πρὸς αὐτὸν, ἐπεὶ θόρυβος κατεῖχε τὸ συμπόσιον, ἔφη· τίς οὗτος ὁ τῶν Συρβηναίων χορός; Καὶ αὐτὸς δ' ἐκ

1 τάδε malebam. 2 ξυμποσίου edd. 3 δεξιότητι λόγου corr. Dalec. cum superioribus haec iungens. 4 Φαίακας κυλίκων ἐρέτας corr. Caſ. 5 μὲν ὄντα ed. Ven. & Baſ. γελῶντα malebat Caſ. 6 μάχας ed. Caſ. μάχαι & deinde πόνοι ed. Ven. & Baſ. cum Ms.

8. Poſthaec Ulpianus bibere popoſcit maiore poculo, ſimul recitans ex eisdem Elegis haecce verba:

Hymnos infundentes dextre tibique nobisque,
hunc tuum veterem & peregrinum amicum
remigio linguae mittamus magnam in laudem
hoc ſuper convivio, & dexteritas ſermonis
Phaeacis Muſarum remiges in tranſtra mittit.

Nam ſecundum iuniorem Cratinum, quod in Omphale ille ait:

Bibere domi manentem virum recte felicem
praeſtat: alios pugnae laboresque iuvent.

Cui Cynulcus, perpetuo ad oppugnandum Syrum paratus, & contentionem ſemel ſusceptam numquam intermittens, exorto in convivio tumultu: quis eſt, ait, hic *Syrbenaeorum chorus?* At ego quoque ex iſtis verſi-

τούτων τῶν ἐπῶν μεμνημένος τινῶν ἐρῶ, ἵνα μὴ ὁ Οὐλπιανὸς βρενθύηται ὡς ἐκ τῶν ἀποθέτων τοῖς Ὁμηρίδαις μόνος ἀνασπάσας τὰ κοττάβια.[1]

'Αγγελίας ἀγαθῆς δεῦρ' ἴτε πευσόμενοι,
c καὶ κυλίκων ἔριδας διαλύσατε, καὶ κατάθεσθε
τὴν ξύνεσιν παρ' ἐμοὶ, καὶ τάδε μανθάνετε,

εἰς τὴν παροῦσαν ζήτησιν ἐπιτήδεια ὄντα. ὁρῶ γὰρ καὶ τοὺς παῖδας ἤδη φέροντας ἡμῖν στεφάνους καὶ μύρα. διὰ τί δὲ λέγονται τῶν ἐστεφανωμένων ἐὰν λύωνται οἱ στέφανοι, ὅτι ἐρῶσιν. τοῦτο γὰρ ἐν παισὶ, τὰ Καλλιμάχου ἀναγινώσκων Ἐπιγράμματα, ὧν ἐστι καὶ τοῦτο, ἐπεζήτουν μαθεῖν, εἰπόντος τοῦ Κυρηναίου· Quaestio de Coronis amantium.

d — — — Τὰ δὲ ῥόδα φυλλοβολεῦντα
τὠνδρὸς[2] ἀπὸ στεφάνων[3] πάντ' ἐγένοντο χαμαί.

Σὸν οὖν ἐστιν, ὦ μουσικώτατε, τὴν χιλιετῆ μου ταύ-

1 κοττάβεια ms. A. 2 τοῦ ἀνδρὸς edd. 3 στομάτων vulgo apud Callim.

bus recordor nonnullos, quos recitabo, ne glorietur Ulpianus quasi solus ex reconditis Homeridarum scriniis cottabia extraxisset.

Nuncium bonum adeste accepturi,
& poculorum contentiones componite, & advertite
ad me animos, & haec observate,

ad praesentem quaestionem pertinentia. Video enim iam pueros etiam coronas nobis & unguenta adferentes. Cur ergo, *qui coronati sunt*, dicuntur esse *amore capti*, *si coronae eorum solvuntur?* Hoc enim iam olim puer, quum Callimachi legerem Epigrammata, in quibus est unum in id argumentum, cognoscere percupiebam. Dicit enim Callimachus:

— — — *Rosae vero, foliis cadentibus*
hominis de coronis, in terram defluxerunt.

Tuum igitur est, elegantioribus omnibus literis politissi-

την ζήτησιν ἀπολύσασθαι, [1] Δημόκριτε, καὶ διὰ τί οἱ ἐρῶντες στεφανοῦσι τὰς τῶν ἐρωμένων θύρας.

IX.

Dionysius cogn. Aeneus.

Καὶ ὁ Δημόκριτος· Ἀλλ' ἵνα κἀγὼ, φησὶ, μνημονεύσω τῶν [2] τοῦ Χαλκοῦ ποιητοῦ καὶ ῥήτορος Διονυσίου· (Χαλκοῦς δὲ προσηγορεύθη διὰ τὸ συμβουλεῦσαι Ἀθηναίοις χαλκῷ νομίσματι χρήσασθαι, καὶ τὸν λόγον τοῦτον ἀνέγραψε Καλλίμαχος ἐν τῇ τῶν e Ῥητορικῶν Ἀπογραφῇ,) [3] λέξω τι καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν Ἐλεγείων. σὺ δὲ, ὦ Θεόδωρε, τοῦτο γάρ σου τὸ κύριον ὄνομα,

— δέχου τήνδε προπινομένην
τὴν ἀπ' ἐμοῦ ποίησιν. ἐγὼ δ' ἐπιδέξια πέμπω
σοὶ πρώτῳ χαρίτων [4] ἐγκεράσας χάριτας.
καὶ σὺ λαβὼν, τότε δῶρον ἀοιδὰς ἀντιπρόπιθι,
συμπόσιον κοσμῶν, καὶ τὸ σὸν εὖ θέμενος.

Φὴς οὖν, διὰ τί, τῶν ἐστεφανωμένων ἐὰν λύηται ὁ f

1 Forf. ἐπιλύσασθαι. 2 Deest τῶν edd. 3 Ἀναγραφῇ edd.
4 Χαρίτων, ut proprium nomen scribunt viri docti.

me Democrite, hanc meam millennarem solvere quaestionem; item, *cur amantes amicarum fores coronent?*

9. Et Democritus: At ut ego etiam, inquit, Aenei poëtae & oratoris Dionysii aliquid proferam: (*Aeneus* autem eo cognominatus est, quod Atheniensibus suaserat, ut aeneo numismate uterentur: cuius orationis mentionem etiam fecit Callimachus in Rhetoricorum recensu:) dicam & ipse nonnihil ex eius Elegis. Tu, vero, *Theodore*, est enim hoc tuum proprium nomen,

— accipe hanc propinatam
a me poësin. Ego vero, quod faustum sit, mitto
tibi priori hoc munus infundens, quo mutuum provocem.
Quod ubi acceperis, propina vicissim carmina donum,
convivium ornans, & rem tuam bene gerens.

Quaeris igitur, *cur, si coronatorum dissolvuntur coronae,* ii

στέφανος, ἐρᾷν λέγονται; „Πότερον, ὅτι ὁ ἔρως τοῦ τῶν ἐρώντων ἤθους περιαιρεῖται τὸν κόσμον, διὰ τοῦτο τὴν τοῦ [1] ἐπιφανοῦς κόσμου περιαίρεσιν, φρυκτόν τινα [2] (φησὶ Κλέαρχος, ἐν πρώτῳ Ἐρωτικῶν)· καὶ σημεῖον νομίζουσι τοῦ καὶ τὸν τοῦ ἤθους κόσμον περιῃρῆσθαι [3] τοὺς τοιούτους; ἢ, καθάπερ ἐπὶ τῆς μαντικῆς ἄλλα πολλὰ, καὶ τοῦτο, σημειοῦνταί τινες; ὁ γὰρ Clearchea quaestio de Coronis amantium.
a ἐκ τοῦ στεφάνου κόσμος, οὐδὲν ἔχων μόνιμον, σημεῖόν ἐστι πάθους ἀβεβαίου μὲν, κεκαλλωπισμένου δέ. τοιοῦτος δ᾽ ἐστὶν ὁ ἔρως· οὐδένες γὰρ μᾶλλον τῶν ἐν τῷ ἐρᾷν ὄντων καλλωπίζονται. εἰ μὴ ἄρα ἡ φύσις, οἱονεί τι δαιμόνιον δικαίως βραβεύουσα τῶν πραγμάτων ἕκαστον, οἴεται δεῖν τοὺς ἐρῶντας μὴ στεφανοῦσθαι πρὶν κρατήσωσι [4] τοῦ ἔρωτος· τοῦτο [5] δ᾽ ἐστιν, ὅταν κατεργασάμενοι τὸν ἐρώμενον, ἀπαλλαγῶσι τῆς ἐπι-

1 Vulgo διὰ τὸ πρὸς τὴν ἐπιφανοῦς &c. pro quo διὸ οὐκ ἀτόπως τὴν ἐπιφανῆ corr. Caſ. 2 φριχτόν τινα edd. 3 περιῃρεῖσθαι edd. 4 κρατήσουσι ms. *Ep.* Rectius fuerit πρὶν ἂν κράτήσωσι. 5 Temere τοὺς ed. Caſaub.

quibus id accidit dicantur amore eſſe capti? „Utrum, quoniam amor aufert morum ornamentum his qui amant, idcirco iactura conſpicui ornamenti (verba ſunt Clearchi, primo libro Eroticorum) pro ſigno quodam habetur, quo declaretur morum ornatum amiſiſſe eos quibus id accidit? An, quemadmodum per divinationem alia multa, ſic & hoc, ſignificari putant nonnulli? Nam coronae ornamentum, cum nihil habeat ſtabile, ſignum eſt adfectionis inconſtantis quidem, ſed quae placere ſtudeat. Talis autem eſt amor: nemo enim magis ſtudet placere, quam hi qui amore capti ſunt. Niſi fortaſſe natura, veluti Deus quidam iuſte & ex aequo adminiſtrans omnia, non prius coronandos cenſet amantes quam vicerint amorem; id vero eſt, cum ſubacto amaſio

„ θυμίας. τὴν ἀφαίρεσιν οὖν τοῦ στεφάνου σημεῖον τοῦ
ἔτι ἐν τῷ [1] διαγωνίζεσθαι εἶναι ποιούμεθα. ἢ ὁ Ἔρως
αὐτὸς, οὐκ ἐῶν καθ' αὐτοῦ στεφανοῦσθαι καὶ ἀνακη- b
ρύττεσθαι, τῶν μὲν [2] τὸν στέφανον περιαιρεῖται, [3] τοῖς
δὲ λοιποῖς ἐνδίδωσιν αἴσθησιν, μηνύων ὅτι ἡττῶνται ὑπὸ
αὐτοῦ· δι' ὃ ἐρᾷν οἱ λοιποὶ τοὺς τοιούτους φασίν; ἢ,
ὅτι λύεται μὲν πᾶν τὸ [4] δεδεμένον, ὁ δὲ ἔρως στεφα-
νουμένων τινῶν δεσμός ἐστι, (οὐδένες γὰρ ἄλλοι τῶν
δεδεμένων περὶ τὸ στεφανοῦσθαι σπουδάζουσι πλὴν οἱ
ἐρῶντες) τὴν τοῦ στεφάνου δὴ λύσιν [5] σημεῖον τοῦ πε-
ρὶ τὸν ἔρωτα δεσμοῦ νομίζοντες, ἐρᾷν φασι τοὺς τοιού-
τους; ἢ, διὰ τὸ πολλάκις τοὺς ἐρῶντας, διὰ τὴν πτόη- c
σιν, ὡς ἔοικε, στεφανουμένους περιῤῥεῖν [6] αὐτῶν τὸν
στέφανον, ἀντιστρέφομεν τῇ ὑπονοίᾳ τὸ πάθος, ὡς
οὐκ ἂν ποτε τοῦ στεφάνου περιῤῥέοντος, εἰ μὴ ἤρων; ἢ,

1 Desunt verba ἐν τῷ edd. 2 τὸν μὲν edd. 3 περιαιρεῖσθαι ms. *A*. cum ed. Ven. & Bas. περιαιρεῖ ms. *Ep*. 4 Abest artic. edd. 5 στεφάνου δήλωσιν mssti. Forf. διάλυσιν. 6 Legebam περιῤῥέοντα περιορᾷν.

» liberati sunt cupiditate: quare amissio coronae signum nobis est, in amoris certamine hosce adhuc esse occupatos. An forte Amor ipse, nolens contra se coronari aliquem ac veluti victorem renunciari, coronam hisce eripit, & aliis hunc sensum adfert illisque significat, hosce ab amore vinci; quo fit ut illi hos amore captos esse dicant? An, quoniam solvi non potest nisi quod vinctum fuerit, amor vero vinculum est nonnullorum coronatorum, (nulli enim alii ex vinctorum numero coronis magis student quam amantes) coronae dissolutionem signum esse amoris existimantes, amare hosce dicunt? An, quia amantes, cum coronati sunt, saepe ob perturbationem, ut videtur, defluere suam coronam sinunt, reciproco ratiocinio adfectum illorum suspicamur; cogitantes non defluturam fuisse eorum-

„ὅτι ἀναλύσεις περὶ μόνους μάλιστα τοὺς ἐρῶντας καὶ καταδεδεμένους γίνονται, τὴν δὲ τοῦ στεφάνου ἀνάλυσιν καταδεδεμένων τινῶν εἶναι νομίζοντες, ἐρᾷν φασι τοὺς τοιούτους; καταδέδενται γὰρ οἱ ἐρῶντες. εἰ μὴ ἄρα, διὰ τὸ κατεστέφθαι τῷ ἔρωτι τοὺς ἐρῶντας, οὐκ
d ἐπίμονος αὐτῶν ὁ στέφανος γίνεται. χαλεπὸν γὰρ ἐπὶ μεγάλῳ [1] καὶ θείῳ στεφάνῳ μικρὸν καὶ τὸν τυχόντα θεῖναι. Στεφανοῦσι δὲ [2] τὰς τῶν ἐρωμένων θύρας, ἤτοι τιμῆς χάριν, καθαπερεί τινος θεοῦ, τὰ πρόθυρα στεφανοῦσιν [3] αὐτῶν· ἢ οὐ τοῖς ἐρωμένοις, ἀλλὰ τῷ Ἔρωτι ποιούμενοι τὴν τῶν στεφάνων ἀνάθεσιν. τοῦ μὲν γὰρ Ἔρωτος τὸν ἐρώμενον ἄγαλμα, τούτου δὲ ναὸν ὄντα τὴν οἴκησιν [νομίζοντες,] [4] στεφανοῦσι τὰ τῶν ἐρωμένων πρόθυρα· διὰ ταῦτα δὲ καὶ θύουσιν ἔνιοι ἐπὶ ταῖς τῶν ἐρωμένων θύραις. ἢ μᾶλλον, ὑφ' ὧν οἴον- Coronatae fores amasiorum.

1 ἐπὶ γλώσσῃ καὶ θείῳ ms. Ep. 2 δὲ καὶ ed. Cas. Exspectabam Διατί στεφανοῦσι δὲ τὰς &c. 3 στεφανοῦντες puto scripserat. 4 Deest νομίζοντες vulgo.

» dem coronam, nisi amarent? An, quod solutiones maxime in amantibus & in vinctis locum habent, coronae solutionem vinctorum nonnullorum solutionem esse existimantes, amare hos dicunt, quorum solvuntur coronae; quoniam qui amant vincti sunt? Ni potius, quoniam amore coronati sunt qui amant, idcirco non stabilis est eorum corona: difficile est enim, magnae & divinae coronae exiguam & vulgarem quamdam insuper imponere. *Coronant* autem *amasiorum fores*, sive honoris caussa; nempe, quasi Dei cuiusdam, sic vestibula illorum coronantes: sive non tam amasiis, quam Amori coronas illas consecrant. Nam Amoris imaginem amasium, & templum Amoris domum huius esse existimantes, coronant amasiorum vestibula: quam ob caussam etiam sacra nonnulli faciunt ad amasiorum fores. Sive potius, a quibus sibi ereptum putant, atque

„ται, καὶ πρὸς ἀλήθειαν τὸν τῆς ψυχῆς κόσμον ἐσκύ- e
λευνται,[1] τούτοις[2] καὶ τὸν τοῦ σώματος κόσμον, ὑπὸ τοῦ πάθους ἐξαγόμενοι, καὶ σκυλεύοντες ἑαυτοὺς, ἀνατιθέασιν. πᾶς δ' ὁ ἐρῶν τοῦτο δρᾷ μὲν παρόντος·[3] μὴ παρόντος δὲ τοῦ ἐρωμένου, τότε[4] ἐμποδὼν ποιεῖται τὴν ἀνάθεσιν. ὅθεν Λυκοφρονίδης τὸν ἐρῶντα ἐκεῖνον αἰπόλον ἐποίησε λέγοντα·

Τόδ' ἀνατίθημί σοι ῥόδον,
καλὸν νόημα,[5] καὶ πέδιλα,
καὶ κυνέαν,[6] καὶ τὴν θηροφόνον
λογχίδ'· ἐπεί μοι νόος ἄλλᾳ[7] κέχυται
ἐπὶ τὰν Χάρισιν φίλαν
παῖδα καὶ καλάν.“ f

X. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ ἱερώτατος Πλάτων, ἐν ἑβδόμῳ Νόμων, πρόβλημά τι προβάλλει[8] στεφανωτικὸν,

1 ἐσκυλεῦθαι edd. 2 καὶ τοῦτον Ms. 3 Abest vulgo παρόντος h. l. 4 τοῦτο ἐμποδὼν vulgo. 5 Corrigunt ἄνθημα, εἷμα, φάρμα. 6 κυνέην edd. 7 ἀλλὸ ed. Ven. & Bas. ἀλλῇ ed. Cas. 8 προβάλλω ms. A.

„etiam revera ipsis ereptum est animi ornamentum, his etiam ornatum corporis, ab adfectu agitati, sese etiam ipsi spoliantes, consecrant. Omnis autem amans hoc facit quidem praesente amasio: qui si non coram adest, in via publica facit ille hanc consecrationem. Quare Lycophronides amantem illum caprarium dicentem fecit:

Hanc tibi dedico rosam,
pulcram [vestem] & soleas,
& galeam, & feras-occidentem
lanceam: quia mihi aliò effusus animus est,
in dilectam Gratiis
puellam pulcramque. „

10. At sanctissimus Plato etiam, septimo libro Legum, quaestionem quamdam proponit ad coronas spe-

Platonis problema arithmeticum.

ὅπερ ἄξιόν ἐστιν ἐπιλύσασθαι, οὕτως λέγοντος τοῦ Φιλοσόφου· „Μήλων τινῶν [1] διανομαὶ καὶ στεφάνων πλείοσιν ἅμα καὶ ἐλάττοσιν, ἁρμοττόντων τῶν ἀριθμῶν τῶν αὐτῶν.“ Ὁ μὲν Πλάτων οὕτως εἶπεν. ἔστι δ' ὃ λέγει τοιοῦτον· ἕνα βούλεται [2] ἀριθμὸν εὑρεῖν, ᾧ ἕως [3] τοῦ τελευταίου εἰσελθόντος ἐξ ἴσου [4] πάντες ἕξουσιν ἤτοι μῆλα ἢ στεφάνους. Φημὶ οὖν, τὸν ἑξήκοντα
a ἀριθμὸν εἰς ἓξ συμπότας δύνασθαι τὴν ἰσότητα πληροῦν. οἶδα γάρ, ὅτι κατ' ἀρχὰς ἐλέγομεν μὴ συνδειπνεῖν τῶν πέντε γε πλείους· ὅτι δ' ἡμεῖς [5] ψαμμακόσιοι ἐσμὲν δῆλον. ὁ οὖν ἑξήκοντα ἀριθμὸς εἰς ἓξ τοὺς συμπότας πληρωθέντος [6] τοῦ συμποσίου ἄρξεται οὕτως. εἰσῆλθεν εἰς τὸ συμπόσιον ὁ πρῶτος, καὶ ἔλαβε στεφάνους ἑξήκοντα· ἐπεισελθόντι δὲ τῷ δευτέρῳ δίδω-

1 δέ τινων edd. cum ms. *A.* τέ τινων apud Plat. 2 βούλεσθαι ms. *A.* 3 ὃς ἕως ms. *A.* 4 Temere ἐξ σου ed. Caf. 1. Inde ἐξ οὗ ed. Caf. 2. 3. 5 ὅτι δέ γε ἡμεῖς edd. 6 ἐξ τοὺς συμπληρωθέντας ms. *A.* συμπληρωθέντος ms. *Ep.* *absque* τοὺς συμπ.

ctantem; quam operae pretium fuerit ſolvere. Dicit autem philoſophus: » *Malorum quorumdam distributiones & coronarum inter plures ſimul & pauciores, ita ut earum numeri ſemper ſint inter ſe aequales.* « Haec ſunt verba Platonis: ſententia autem huiusmodi eſt. Unum vult inveniri numerum talem, ut, ſi in ſingulos dividantur usque ad poſtremum, ut quisque ingreditur, omnes ſemper aequalem pomorum vel coronarum numerum habeant. Dico igitur, numerum ſexagenarium in ſex convivas ita poſſe dividi, ut aequalitas conſtanter ſervetur. Memini enim initio nos dicere, non debere unà coenare plures quam quinque: at nos quidem videlicet arenam aequamus numero. Sexagenarius igitur numerus in ſex omnino coëuntes convivas dividendus, tale ſumet initium. Ingreditur in coenaculum primus, & accipit coronas ſexaginta: is alteri, poſt ipſum ingredienti, dat

σι τοὺς ἡμίσεις, καὶ ἑκάστῳ [1] γίνονται τριάκοντα· καὶ τρίτῳ ἐπεισελθόντι [2] συνδιαιρούμενοι τοὺς πάντας, b ἓξ εἴκοσιν [3] ἔχουσι. τετάρτῳ πάλιν ὁμοίως κοινωνήσαντες, [4] ἐκ δεκαπέντε γίνονται· [5] πέμπτῳ δὲ, ἐκ δώδεκα, καὶ τῷ ἕκτῳ ἐκ δέκα. καὶ οὕτως ἰσότης ἀναπληροῦται τῶν στεφάνων.

XI. Ulpianus spinas legit ex libris.

Ταῦτα εἰπόντος τοῦ Δημοκρίτου, ὁ Οὐλπιανὸς ἀποβλέψας πρὸς τὸν Κύνουλκον·

Οἵῳ μ' ὁ δαίμων (ἔφη) φιλοσόφῳ συνῴκισεν!

κατὰ τὸ Θεογνήτου τοῦ κωμῳδιοποιοῦ Φάσμα·

ἐπαρίστερ' ἔμαθες, ὦ πόνηρε, γράμματα·
ἀντέστροφέν σου τὸν βίον τὰ βιβλία· [6] c
πεφιλοσόφηκας γῇ τε κ' οὐρανῷ λαλῶν,
οἷς οὐδέν ἐστιν ἐπιμελὲς τῶν σῶν λόγων.

Πόθεν γάρ σοι καὶ ὁ τῶν Συρβηναίων ἐπῆλθεν χορός;

1 Commode ἑ κ α τ έ ρ ῳ *Epit.* 2 Inserunt ἓξ εἴκοσι edd. 3 ἀνὰ ε ἴ κ ο σ ι ἔχουσι ms. *Ep.* ἑξήκοντα ἔχουσι ms. *A.* cum edd. 4 Commodius κοινωνήσασιν ms. *Ep.* 5 Ante γίνονται lacunae signum posuit Casaub. 6 βυβλία edd. & dein βυβλίων iidem.

dimidium, & habet uterque triginta. Hi coronas omnes cum tertio post ingrediente partiti, habent quisque viginti: tum rursus cum quarto, & habet quisque quindecim: porro cum quinto, duodecim: cum sexto, decem quisque. Atque ita constanter servatur aequalitas numeri coronarum.

11. Quae quum dixisset Democritus, Ulpianus Cynulcum intuens, ait:

Qualis me philosophi in contubernium Deus adduxit!

ut ait Theognetus comicus in Phasmate:

Miser, perversas didicisti literas:
vitam corrupit tibi librorum lectio.
Agis cum Coelo & Terra verbis philosophis,
quibus nulla dictis de tuis curatio est.

Unde enim tandem tibi venit ille *Syrbenaeorum chorus?*

τίς τῶν ἀξίων λόγου μέμνηται τοῦ μουσικοῦ τούτου χοροῦ; Καὶ ὅς· Οὐ πρότερον, ἔφη, ὦ οὗτος, διδάξω σε, πρὶν ἂν τὸν ἄξιον παρὰ σοῦ λάβω μισθόν. οὐ γὰρ ἐγὼ τὰς ἐκ τῶν βιβλίων ἀκάνθας, ὥσπερ σὺ, ἀναγινώσκων ἐκλέγω, ἀλλὰ τὰ χρησιμώτατα καὶ ἀκοῆς
d ἄξια. Ἐπὶ τούτοις ὁ Οὐλπιανὸς δυσχεράνας, ἀνεβόησε τὰ ἐξ Ὑπονοίας [1] Ἀλέξιδος·

Οὐδ' ἐν Τριβαλλοῖς ταῦτά γ' ἐστὶν ἔννομα·
οὗ φασι τὸν θύοντα τοῖς κεκλημένοις
δείξαντ' ἰδεῖν τὸ δεῖπνον, εἰς τὴν αὔριον
πωλεῖν ἀδείπνοις ἅπερ ἔθηκ' αὐτοῖς ἰδεῖν.

τὰ αὐτὰ ἰαμβεῖα [2] φέρεται [3] καὶ παρ' Ἀντιφάνει ἐν Ὕπνῳ. Καὶ ὁ Κύνουλκος· Ἐπεὶ περὶ στεφάνων ζητή-
e σεις ἤδη γεγόνασιν, εἰπὲ ἡμῖν, τίς ἐστιν ὁ παρὰ τῷ χαρίεντι Ἀνακρέοντι „Ναυκρατίτης στέφανος“ ὦ Οὐλπιανέ. Φησὶ γὰρ οὕτως [4] ὁ μελιχρὸς ποιητής·

1 Forf. ἐξ Ὕπνου. 2 ἰαμβία ms. A. 3 φαίνεται edd. 4 οὗτος edd.

Quis enim alicuius momenti auctor meminit huius musici chori? Et ille, Heus tu, inquit, non prius te hoc docebo, quam a te dignam accepero mercedem. Non enim, ut tu, sic ego ex libris, quos lego, spinas seligo; sed quaecumque utilissima sunt & scitu digna. Hisce offensus Ulpianus, exclamavit illa ex Alexidis Suspicione: [*sive*, Somno:]

Ne in Triballis quidem hoc fieri fas est:
ubi aiunt eum qui sacra fecit, postquam convivis
conspiciendam praebuit coenam, postridie
incoenatis vendere quae spectanda illis proposuerat.

Iidem iambi etiam apud Antiphanem in Somno leguntur. Tum Cynulcus ait: Quoniam de Coronis iam motae sunt quaestiones, dic nobis, o Ulpiane, quaenam est illa apud venustum Anacreontem *Naucratita corona?* Sic enim ait mellifluus hic poëta:

Corona apud Anacreontem.

Στεφάνους δ' ἀνὴρ [1] τρεῖς ἕκαστος εἶχεν,
τοὺς μὲν ῥοδίνους, [2] τὸν δὲ Ναυκρατίτην.

καὶ διὰ τί παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ λύγῳ τινὲς στεφανοῦνται; φησὶ γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Μελῶν·

Μεγίσθης [3] δ' ὁ φιλόφρων,
δέκα δὴ μῆνες, ἐπειδὴ [4] f
στεφανοῦται τῇ λύγῳ, [5]
καὶ τρύγα πίνει [6] μελιηδέα.

ὁ γὰρ τῆς λύγου στέφανος ἄτοπος· πρὸς δεσμοὺς γὰρ καὶ πλέγματα ἡ λύγος ἐπιτήδειος. εἰπὲ οὖν ἡμῖν τι περὶ τούτων, ζητήσεως ἀξίων ὄντων, καὶ μὴ ὀνοματοθήρα, [7] φιλότης.

XII.

Corona viminea apud Samios.

Σιωπῶντος δ' αὐτοῦ καὶ ἀναζητεῖν προσποιουμένου, ὁ Δημόκριτος ἔφη· Ἀρίσταρχος ὁ γραμματικώτατος, ἑταῖρε, ἐξηγούμενος τὸ χωρίον, ἔφη, ὅτι καὶ a

1 ποιητὴς στεφάνου. ὁ δ' ἀνὴρ Ms. 2 ῥοδίνους τοὺς μὲν corr. Barn. 3 Μεγιστῆς Barn. 4 ἐπεί τε h. l. Ms. 5 τῇ τε λύγῳ idem. 6 πίνουσι h. l. Ms. 7 ὀνομάτων θήρα Ms. Forſ. ὀνόματα θήρα.

Coronas vero vir quisque tres habebat;
duas ex rosis, tertiam Naucratitam.

Et cur apud eumdem poëtam *vitice* (ſive *Amerinâ ſalice*) nonnulli coronantur? Dicit enim ſecundo Carminum libro:

Megiſthes vero ille comis,
decem iam menſes ſunt, ex quo
coronatur vitice,
& muſtum bibit dulce.

Abſurda eſt enim corona e vitice: nam ad vincula ſolum & ad crates idonea eſt vitex. Dic igitur nobis ad haec aliquid quod ſcitu dignum ſit, amice, nec vocabula ſolummodo venare.

12. Illo tacente, & quid diceret anquirere ſimulante, Democritus ait: Ariſtarchus, Grammaticorum ſummus, amice, interpretans hunc locum, ait »vitice coronari

λύγοις ἐστεφανοῦντο οἱ ἀρχαῖοι. Τέναρος δὲ ἀγροίκων εἶναι λέγει στεφάνωμα τὴν λύγον. καὶ οἱ ἄλλοι γε ἐξηγηταὶ ἀπροσδιόνυσά τινα εἰρήκασιν περὶ τοῦ προκειμένου. Ἐγὼ δ' ἐντυχὼν τῷ Μηνοδότου τοῦ Σαμίου συγγράμματι, ὅπερ ἐπιγράφεται Τῶν κατὰ τὴν Σάμον ἐνδόξων Ἀναγραφὴ, εὗρον τὸ ζητούμενον. „Ἀδμήτην γὰρ, φησὶ, τὴν Εὐρυσθέως, ἐξ Ἄργους φυγοῦσαν, ἐλθεῖν εἰς Σάμον· θεασαμένην δὲ τὴν τῆς Ἥρας ἐπιφάνειαν, καὶ τῆς οἴκοθεν σωτηρίας χαριστήριον βουλομένην
b ἀποδοῦναι, ἐπιμεληθῆναι τοῦ ἱεροῦ, τοῦ καὶ νῦν ὑπάρχοντος, πρότερον δὲ ὑπὸ Λελέγων καὶ Νυμφῶν καθιδρυμένου· τοὺς δ' Ἀργείους πυθομένους, καὶ χαλεπαίνοντας, πεῖσαι χρημάτων ὑποσχέσει Τυῤῥηνοὺς, λῃστρικῷ τε [1] βίῳ χρωμένους, ἁρπάσαι τὸ βρέτας· πεπεισμένους τοὺς Ἀργείους, ὡς, εἰ τοῦτο γένοιτο, πάντως τι κακὸν πρὸς τῶν τὴν Σάμον κατοικούν-

1 Rectius (puto) abesset τε particula.

solitos esse veteres.« Tenarus vero »rusticorum coronamentum esse viticem« scribit. Alii item interpretes absurda quaedam, & aliena, super propositâ quaestione dixerunt. Ego vero postquam in Menodoti Samii librum incidi, qui inscribitur Rerum in Samo insulâ memorabilium Recensus, inveni id quod quaerebam. Ait enim: »Admetam Eurysthei filiam, cum Argis profugisset, venisse Samum: ibi cum ei adparuisset Iunonis species, Admetam gratias relaturam, quod domo incolumis in ea loca pervenisset, curam suscepisse templi, quod hodieque exstat, olim vero a Lelegibus & Nymphis conditum fuerat. Argivos vero, re cognita indignatos, pactâ pecuniâ persuasisse Tyrrhenis piraticam facientibus, ut Deae raperent simulacrum; ratos scilicet, id si fieret, haud dubie male mulctatum iri Admetam a Sami

των ἡ Ἀδμήτη πείσεται. τοὺς δὲ Τυῤῥηνοὺς ἐλθόντας εἰς τὸν Ἡραίτην ὅρμον, καὶ διαβάντας εὐθέως ἔχεσθαι τῆς πράξεως. ἀθύρου δὲ ὄντος τότε τοῦ νεὼ, ταχέως ἀνελέσθαι τὸ βρέτας, καὶ διακομίσαντας ἐπὶ θάλασσαν, εἰς τὸ σκάφος ἐμβαλέσθαι· λυσαμένους δ' αὐτοὺς τὰ πρυμνήσια, καὶ τὰς ἀγκύρας ἀνελομένους, εἰρεσίᾳ τε πάσῃ χρωμένους, ἀπαίρειν οὐ δύνασθαι. ἡγησαμένους οὖν θεῖον τοῦτ' εἶναι, πάλιν ἐξενεγκαμένους τῆς νεὼς τὸ βρέτας, ἀποθέσθαι παρὰ τὸν αἰγιαλόν· καὶ ψαιστὰ αὐτῷ ποιήσαντας, περιδεεῖς ἀπαλλάττεσθαι. τῆς δὲ Ἀδμήτης ἕωθεν δηλωσάσης, ὅτι τὸ βρέτας ἠφανίσθη, καὶ ζητήσεως γενομένης, εὑρεῖν μὲν αὐτὸ τοὺς ζητοῦντας ἐπὶ τῆς ἠϊόνος· ὡς δ' ἂν βαρβάρους Κᾶρας, ὑπονοήσαντας αὐτόματον ἀποδεδρακέναι, πρός τι λύγου θωράκιον ἀπερείσασθαι, καὶ τοὺς εὐμηκεστάτους τῶν κλάδων ἑκατέρωθεν ἐπισπασαμένους περιειλῆσαι πάντοθεν.[1] τὴν δὲ Ἀδμήτην λύσασαν αὐτὸ

1 περιειλ. αὐτὸ πάντοθεν Epit.

incolis. Tyrrhenos igitur ad Iunonis portum adpulsâ navi, exscensione factâ, continuo adgressos esse opus; quumque portâ clausum non esset eâ aetate templum, protinus abstulisse simulacrum, & ad mare transportatum navigio imposuisse. Sed solutis rudentibus, levatisque ancoris, remorum summo conatu abire non potuisse. Itaque ratos divino numine hoc fieri, simulacrum e navigio rursus extulisse, in littoreque deposuisse; oblatisque ei libis, metu perculsos abiisse. Postridie mane cum indicasset Admeta evanuisse simulacrum, factâ perquisitione, repertum esse in litore a quaerentibus: hos autem, utpote barbaros Caras, ultro aufugisse simulacrum opinantes, ad septum aliquod ex vitice illud adligasse, & attractis utrimque longissimis ramis undique illud circumvolvisse. Admetam vero expeditum vinculis puri-

ἁγνίσαι, καὶ στῆσαι πάλιν ἐπὶ τοῦ βάθρου, καθάπερ πρότερον ἵδρυτο. διόπερ ἐξ ἐκείνου καθ' ἕκαστον ἔτος ἀποκομίζεσθαι τὸ βρέτας ἐς τὴν ἠϊόνα καὶ ἀφανίζεσθαι, ψαιστά τε αὐτῷ παρατίθεσθαι· καὶ καλεῖ-
e σθαι Τόνεα τὴν ἑορτήν,[1] ὅτι συντόνως συνέβη περιειληθῆναι[2] τὸ βρέτας ὑπὸ τῶν τὴν πρώτην αὐτοῦ ζήτησιν ποιησαμένων."

XXVII. Flores coronarii ex Theophrasto.

Στεφανωματικὰ δὲ ἄνθη καταλέγει Θεόφραστος τάδε· „Ἴον, Διὸς ἄνθος, ἴφυον, φλόγα, ἡμεροκαλλές. [8] πρῶτον δὲ τῶν ἀνθέων ἐκφαίνεσθαί φησι τὸ λευκόϊον, ἅμα δ' αὐτῷ καὶ τὸ φλόγινον [9] καλούμε-

1 An καὶ ἐπὶ τῷ στεφάνῳ? 2 οὕτω edd. 3 καλουμένου vulgo. 4 ἀοίδηται ἀμετρ. Ms. Debuerat, puto, Τυνδαρίδας (vel Τυνδαρίδῃσ') ᾠδᾶς, ἂν &c. 5 ἐπέμψαντο edd. 6 Ἀχίννιοι vulgo. 7 ἀχίδος vulgo. 8 ἡμεροκαλλίς edd. 9 φλόγα edd. φλόνιν Ms. φλόμον legebat Nat. Vera scriptura φλόγιον fuerit.

theatris uterentur saltatores cantoresque qui chorum efficiebant, & ipsi eam impositam habentes, & de corona certantes. Eo vocabulo adpellatam coronam videre est in Simonidis Epigrammatis, ubi ait:

Phoebus Tyndaridas cantum docet, quem (cantum)
cicadae modorum nesciae coronant choronis.

Aciniae. Sic vocantur coronae quaedam, quae ex acino planta nectuntur, ut ait Andron medicus: cuius verba adposuit Parthenius Dionysii discipulus, libro primo Vocabulorum apud Historicos occurrentium.

27. *Coronarios* vero *flores* recenset Theophrastus hosce: » Violam, Iovis florem, iphyon, phloga, hemerocalles. Primum autem florum emergere ait leucoion, simul vero cum eo phlogion quod vocatur syl-

νον τὸ ἄγριον· ἔπειτα νάρκισσον, καὶ λείριον·[1] καὶ τῶν ὀρείων,[2] ἀνεμώνης γένος τὸ καλούμενον ὄρειον,[3] καὶ τὸ τοῦ βολβοῦ[4] κώδυον.[5] συμπλέκουσι γὰρ καὶ τοῦτο ἔνιοι εἰς στεφάνους. ἐπὶ τούτοις ἥ τε οἰνάνθη, καὶ τὸ μελάνιον. καὶ τῶν ἀγρίων, ὅ τε ἑλίχρυσος, καὶ τῆς ἀνεμώνης ἡ λειμωνία[6] καλουμένη, καὶ ξίφιον,
f καὶ ὑάκινθος. τὸ δὲ ῥόδον ὑστερεῖ τούτων, καὶ τελευταῖον μὲν φαίνεται, πρῶτον δὲ παύεται. τὰ δὲ θερινὰ μᾶλλον, ἥ τε λυχνὶς, καὶ τὸ Διὸς ἄνθος, καὶ τὸ κρίνον, καὶ τὸ ἴφυον, καὶ ἀμάρακος Φρύγιος, ἔτι δ' ὁ πόθος καλούμενος.“ Ἐν δὲ τῷ θ'. ὁ αὐτὸς Θεόφραστος φησίν· „Ἐάν τις τοῦ ἑλιχρύσου τῷ ἄνθει στεφανῶται,[7] εὔκλειαν ἴσχει μύρῳ ῥαίνων.“[8] Μνημονεύει αὐτοῦ Ἀλκμὰν ἐν τούτοις·

1 ἀέριον edd. αἴριον Ms. 2 Corrupte καὶ τῶν κατὰ τριῶν edd. & verba ista, usque ὅριον, uncis includebantur, ut quae desint apud Theophr. 3 ὅριον vulgo. 4 βολκοῦ vulgo. 5 κώδιον edd. 6 τῆς ἀνεμώνης κλιμωνία edd. ἡ λιμωνία Ms. 7 στεφανοῦνται edd. 8 ῥαίων Ms.

vestre: deinde narcissum, & lilium; & ex montanis, anemonae genus illud quod montanum vocatur, & bulbi caput: nam & ex hoc nectunt nonnulli coronas. Posthaec oenanthe, & melanion. (*seu*, viola nigra.) Ex agrestibus, helichrysus, & anemonae genus quae pratensis vocatur, & xiphion, & hyacinthus. Rosa autem his posterior est, & postrema quidem floret, prima vero omnium deficit. Sequuntur aestivi magis flores: lychnis, & Iovis flos, & lilium illud quod *crinon* Graeci vocant, & iphyon, & amaracus Phrygius, adhaec pothos qui dicitur flos. « Nono vero libro idem Theophrastus ait: » Si quis ex helichryso flore coronam gestat, laudabitur si unguento eam consperserit. « Meminit huius coronae Alcman his verbis:

Καί τιν [1] εὔχομαι φέροισα [2] a
τόνδ' ἐλιχρύσω πυλέωνα [3]
κἀκηράτω κυπέρω. [4]

καὶ Ἴβυκος·

Μύρτα τε καὶ ἴα καὶ ἐλίχρυσος,
μᾶλά τε καὶ ῥόδα,
καὶ τέρεινα [5] δάφνα.

Κρατῖνος δ' ἐν Μαλθακοῖς φησίν·

Ἑρπύλλῳ, κρόκοις, ὑακίνθοις, ἐλιχρύσου κλάδοις.

ἔστι δὲ τὸ ἄνθος ὅμοιον λωτῷ. Θεμισταγόρας δ' ὁ Ἐφέσιος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Χρυσέῃ βίβλῳ, [6] ἀπὸ τῆς πρώτης δρεψαμένης νύμφης, Ἑλιχρύσης ὄνομα, b
Lilia. τὸ ἄνθος ὀνομασθῆναι. τὰ δὲ κρίνα, [7] φησὶν ὁ Θεόφραστος, εἶναι καὶ πορφυρανθῆ. Φιλῖνος δὲ, τὸ κρίνον ὑφ' ὧν μὲν λείριον, ὑφ' ὧν δ' ἴον καλεῖσθαι. Κορίνθιοι

1 καί τιν' edd. 2 φέροισαι edd. 3 πύλεω vulgo. 4 ἀκηράτων κυπέρῳ vulgo. 5 τέρινα vulgo. πτερινὰ coni. Toup. 6 βύβλῳ Ms. 7 κρῖνα & mox κρῖνον edd.

Et tibi vota facio ferens
hanc ex helichryso coronam
& illibato cypero.

Et Ibycus:

Myrtaque & violae & helichrysus,
& mala, & rosae,
& tenera laurus.

Cratinus vero in Malthacis (Effoeminatis) ait:

Serpyllo, crocis, hyacinthis, helichrysi ramis.

Est autem flos loto similis. Themistagoras vero Ephesius in Aureo (qui inscribitur) Libro ait, nomen invenisse hunc florem a nympha, quae prima illum decerpsisset, cui Helichrysa nomen. Lilia vero, quae Graecis *crina*, reperiri etiam purpureo flore, ait Theophrastus. Philinus autem, *crinon* a nonnullis quoque *lirion* vocari, ait; ab aliis *ion*. (quod aliâs *violae* nomen est.) Co-

δ' αὐτὸ καὶ ἀμβροσίαν καλοῦσιν, ὥς φησι Νίκανδρος ἐν Γλώσσαις.[1] Διοκλῆς δ', ἐν τῷ Περὶ θανασίμων Φαρμάκων· „Ἀμάρακον, φησὶν, ὃν[2] σάμψυχον[3] τινὲς καλοῦσι."

XXVIII. Cosmosandalum.

Κοσμοσανδάλων δὲ μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς διὰ τούτων·

— Κεφαλὴν ἀνθέμοις ἐρέπτομαι,[4]
λειρίοις, ῥόδοις, κρίνοισι, κοσμοσανδάλοις. —

c Κλέαρχος δ' ἐν δευτέρῳ Βίων· „Ὅρα, φησὶ, τοὺς τὸ κοσμοσάνδαλον[5] ἀνευρόντας[6] Λακεδαιμονίους, οἱ τὸν παλαιότατον τῆς πολιτικῆς κόσμον συμπατήσαντες ἐξετραχηλίσθησαν. διόπερ καλῶς περὶ αὐτῶν εἴρηκεν ὁ κωμῳδιοποιὸς Ἀντιφάνης ἐν Κιθαριστῇ·

Οὐκ ἐφύσων οἱ Λάκωνες ὡς ἀπόρθητοί ποτε;

1 Γλώτταις edd. 2 ὃ edd. 3 σάμψουχον h. l. ms. *A*. 4 Tria verba desunt edd. 5 Perperam κοσμοτάνδαλον ed. Cant. & Cas. 1. τὸ vero deest editt. omnibus. 6 Immo ἀνείροντας.

rinthii vero lilium (crinon) etiam *ambrosiam* vocant, ut Nicander ait in Glossis. Diocles vero in libro De Venenis scribit: » Amaracum, quod sampsychon vocant nonnulli. «

28. *Cosmosandalorum* meminit Cratinus in Effoeminatis, ubi ait:

— Caput floribus corono,
Liliis, rosis, κρίνοις, cosmosandalis. —

Clearchus vero, secundo libro Vitarum: » Vide, inquit, Lacedaemonios, qui, postquam cosmosandalum invenerunt, (*sive*, postquam coronas ex cosmosandalo nectere coeperunt) conculcato antiquissimo administrandae reipublicae ornatu, praecipites ruerunt. Quare commode in eos dixit comicus Antiphanes in Citharistâ:

Nonne superbiebant olim Lacedaemonii quasi inexpugnabiles?

νῦν δ᾽ ὁμηρείους [1] ἔχοντες πορφυροῦς κεκρυφάλους.“

Alii flores coronarii.

Ἱκέσιος δ᾽ ἐν δευτέρῳ περὶ Ὕλης „τὸ λευκόϊον, φησὶ, μεσότητά τινα ἔχειν ἐν τῷ στύφειν, πολὺ δ᾽ ἀρίστην εὐωδίαν, καὶ δυναμένην τέρπειν, ἀλλὰ πρὸς ὀλίγιστον. τὸ δὲ μέλαν, φησὶ, τὴν μὲν αὐτὴν θεωρίαν ἔχει, εὐῶδες δ᾽ ἐστὶ πολὺ μᾶλλον.“ Ἀπολλόδωρος δ᾽ ἐν τῷ Περὶ Θηρίων φησί· „Χαμαίπιτυν. οἱ δὲ, ὁλόκυρον· [2] οἱ δ᾽ Ἀθήνησιν, Ἰωνίαν· οἱ δὲ κατ᾽ Εὔβοιαν, σιδηρῖτιν.“ Νίκανδρος δ᾽ ἐν δευτέρῳ Γεωργικῶν (τὰ δ᾽ ἔπη ὀλίγον ὕστερον παραθήσομαι, ὅταν περὶ πάντων τῶν στεφανωματικῶν ἀνθῶν διεξέρχωμαι·) τὸ ἴον, φησὶν, Ἰωνιάδες τινὲς νύμφαι Ἴωνι ἐχαρίσαντο πρώτῳ. τὸν δὲ νάρκισσον ἐν τῷ ς΄. Περὶ Φυτῶν Ἱστορίας ὁ Θεόφραστος καλεῖσθαί φησι καὶ λείριον. e
εἶθ᾽ ὑποβὰς, ὡς διαλλάσσοντα τίθησι νάρκισσον καὶ

1 An ἀνηρείους, & dein ἔχοντας? Sed fortasse non solicitandum vulgatum. 2 Tria verba desunt edd.

nunc vero Homericis (sive, *imbellibus*) *utentes purpureis reticulis.* «

Icesius vero secundo libro DE Materiâ, » *leucoium* sive *violam albam*, ait, mediocriter adstringere, caeterum praestantissimo esse odore, & suavissimo, sed in tempus brevissimum. *Nigra* vero *viola*, ait, eamdem vim habet, sed multo etiam est fragrantior. (*sive*, sed multo diutius odorem servat.) « Apollodorus vero in libro DE Bestiis scribit: » *Chamaepityn*: quam nonnulli *olocyron* vocant; Athenienses vero *ioniam*, Euboeenses *sideritin.* « Nicander secundo Georgicorum (versus ipsos paulo inferius adponam, postquam omnes coronarios flores persecutus ero) ait, *violam* Ioniadas quasdam Nymphas primo Ioni donasse. *Narcissum*, scribit Theophrastus, sexto libro Historiae Plantarum, a nonnullis etiam *lilium* (λείριον) vocari. Dein, paululum progressus, tamquam diversa ponit narcissum & lilium. Eumachus vero Cor-

λείριον. Εὔμαχος δ' ὁ Κερκυραῖος[1] ἐν Ῥιζοτομικῷ, καὶ ἀκακαλλίδα φησὶ καλεῖσθαι τὸν νάρκισσον, καὶ κρόταλον. τοῦ δ' ἡ μ ε ρ ο κ α λ λ ο ῦ ς καλουμένου ἄνθους, ὃ τὴν μὲν νύκτα μαραίνεται, ἅμα δὲ τῷ ἡλίῳ ἀνατέλλοντι θάλλει, μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς, λέγων οὕτως· Hemerocallis.

ἡμεροκαλλεῖ τε τῷ φιλουμένῳ.

„Τῆς δὲ ἑ ρ π ύ λ λ ο υ, φησὶ Θεόφραστος, τὴν ἀγρίαν
f κομίζοντες ἐκ τῶν ἀγρῶν[2] φυτεύουσιν ἐν Σικυῶνι, καὶ Ἀθήνησιν ἐκ τοῦ Ὑμηττοῦ. παρ' ἄλλοις δ' ὄρη πλήρη ἐστὶ τοῦ ἄνθους, καθάπερ ἐν Θρᾴκῃ.“ Φιλῖνος[3] δέ φησιν αὐτὴν ζυγίδα καλεῖσθαι. Περὶ δὲ τῆς λ υ χ ν ί δ ο ς λέγων Ἀμερίας ὁ Μακεδὼν ἐν τῷ Ῥιζοτομικῷ, φησὶν „ἀναφῦναι αὐτὴν ἐκ τῆς Ἀφροδίτης λούτρων, ὅτε Ἡφαίστῳ συγκοιμηθεῖσα ἡ Ἀφροδίτη λούοιτο. εἶναι δ' ἀρίστην ἐν Κύπρῳ καὶ Λήμνῳ, ἔτι δὲ Στρογγύλῃ καὶ Ἔρυκι καὶ Κυθήροις.“ — „Ἡ δ' ἶ ρ ι ς,[4] Lychnis. Iris Illyrica.

1 Κορκυραῖος Ms. 2 ἐκ τῶν ὀρῶν apud Theophr. 3 Φίλινος ms. *Ep.* 4 ἶρις edd. ἴορις ms. *A.* & mox idem ἰέριδος.

eyraeus in Rhizotomico ait, etiam *acacallidem* vocari narcissum, item *crotalum*. Floris *hemerocallis*, qui noctu flaccescit, sed simul cum oriente sole floret, meminit Cratinus in Effoeminatis, ubi ait:

Hemerocalli etiam dilecto.

De *serpyllo* scribit Theophrastus: » Agreste serpyllum nonnulli ex agris [*sive*, e montibus] colligentes plantant Sicyone, & Athenis ex Hymetto. Apud alios vero pleni sunt montes hoc flore, velut in Thracia. « Philinus vero ait, *zygidem* nominari serpyllum. De *lychnide* loquens Amerias Macedo in Rhizotomico, ait: » ex aqua natam esse in qua Venus lavit postquam cum Vulcano concubuisset. Optimam autem gigni in Cypro & Lemno, item in Strongyle, Eryce, & Cytheris. « —

φησὶ Θεόφραστος, ἀνθεῖ τοῦ θέρους, μόνη τε τῶν Εὐρωπαίων ἀνθέων εὔοσμός ἐστιν. ἀρίστη δ' ἐστὶν ἐν Ἰλλυριοῖς τοῖς ἀνῳκισμένοις [1] τῆς θαλάσσης." Φιλῖνος δέ φησι, τὰ ἄνθη τῆς ἴριδος λέγεσθαι λύκους, διὰ τὸ ἐμφερῆ εἶναι λύκου χείλεσι. Νικόλαος δ' ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Ἱστοριῶν πρὸς ταῖς ἑκατόν, περὶ τὰς Ἄλπεις λίμνην τινὰ φησὶν εἶναι πολλῶν σταδίων οὖσαν, ἧς περὶ τὸν κύκλον πεφυκέναι δι' ἔτους ἄνθη ἥδιστα καὶ εὐχρούστατα, ὅμοια ταῖς καλουμέναις κάλχαις. τῶν δὲ καλχῶν μέμνηται καὶ Ἀλκμὰν ἐν τούτοις·

Calchae.

Χρύσειον ὅρμον ἔχων
ῥαδινᾶν πετάλοισι καλχᾶν. [2]

μνημονεύει αὐτῶν καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Ἀγρωστίνῳ. [3] b

XXIX. Rosae.

„Τῶν δὲ ῥόδων, φησὶ Θεόφραστος ἐν τῷ ϛ'. [4] πολλαί εἰσι διαφοραί. τὰ μὲν γὰρ πλεῖστα αὐτῶν

1 ἐν τῇ ἀνακεχωρηκυίᾳ ap. Theophr. 2 ῥαδινὰν πετ. κάλχαν vulgo.
3 Ἀγροστείνῳ ms. A. 4 ἐν ϛ'. edd. absque artic.

» *Iris* vero, ait Theophrastus, floret aestate, & unus omnium florum Europaeorum fragrans est. Optima est autem in Illyrici partibus a mari remotis & elatioribus. « Philinus vero ait, flores iridis *lupos* vocari, quia similes sint labiis lupi. Nicolaus Damascenus, Historiarum libro centesimo octavo scribit, circa Alpes esse lacum quemdam multorum stadiorum circuitu, in cuius ambitu per totum annum nasci flores odoris iucundissimi & venustissimi coloris, iis similes qui *calchae* vocantur. Calcharum autem meminit etiam Alcman his verbis:

Aureum torquem habens
mollibus ex floribus calcharum.

Earumdem Epicharmus meminit in Rustico.

29. » *Rosarum*, ait Theophrastus libro sexto, multae sunt varietates. Nam pleraeque quidem earum quinque-

εἰσι πεντάφυλλα, τὰ δὲ δωδεκάφυλλα, ἔνια δ' ἐστὶ καὶ ἑκατοντάφυλλα [1] περὶ Φιλίππους. λαμβάνοντες γὰρ ἐκ τοῦ Παγγαίου φυτεύουσιν· ἐκεῖ γὰρ [2] γίγνεται πολλά. μικρὰ δὲ σφόδρα τὰ ἐντὸς φύλλα· ἡ γὰρ [3] ἔκφυσις αὐτῶν οὕτως ἐστὶν, ὥστ' εἶναι τὰ μὲν ἐντὸς, τὰ δ' ἐκτός. οὐκ εὔοσμα δὲ, οὐδὲ μεγάλα τοῖς μεγέθεσι. τὰ δὲ πεντάφυλλα [4] εὐώδη μᾶλλον, ὧν
c τραχὺ τὸ κάτω. εὐοσμότατα δὲ τὰ ἐν Κυρήνῃ· διὸ καὶ τὸ μύρον ἥδιστον. καὶ τῶν ἴων δὲ, καὶ τῶν ἄλλων ἀνθέων ἄκρατοι μάλιστα καὶ θεῖαι [5] αἱ ὀσμαί· διαφερόντως δ' ἡ τοῦ κρόκου." Τιμαχίδας δ', ἐν τοῖς Δείπνοις, [6] τὸ ῥόδον, φησὶ, τοὺς Ἀρκάδας καλεῖν εὐόμφαλον, ἀντὶ τοῦ εὔοσμον. Ἀπολλόδωρος δ' ἐν δ'. Παρθικῶν, ἄνθος τι ἀναγράφει καλούμενον φιλάδελφον κατὰ τὴν Παρθικὴν χώραν, περὶ οὗ τάδε φησί·

1 ἑκατόμφυλλα ms. *Ep.* 2 ἐκεῖ δὲ edd. 3 ἡ δ' ἔκφυσις edd. 4 ἐν δὲ τοῖς μεγάλοις apud Theophr. 5 Rectius, puto, apud eundem μάλιστα ἐκείνου αἱ ὀσμαί. 6 Temere δειπνοῖς ed. Caf.

foliae sunt, aliae duodecim folia habent: sunt vero etiam centifoliae, circa Philippos; quas plantant ex Pangaeo translatas, ubi copiosae proveniunt. Harum pusilla valde sunt interiora folia: sic enim illa prodeunt, ut intrinsecus alia sint, extrinsecus alia. Sed nec odore hae praestant, nec ampla sunt magnitudine. Quinquefoliae suavius olent, quarum pars inferior scabra est. Fragrantissimae sunt quae in Cyrenaica nascuntur; quare & unguentum ex illis suavissimum. Sed & violarum aliorumque florum odores illic purissimi [& maxime divini]: praesertim vero croci. « Timachidas vero in Coenis ait, rosam ab Arcadibus *euomphalon* dici, pro *euosmon*, id est, boni odoris. Apollodorus libro quarto Rerum Parthicarum scribit, in Parthica regione *philadelphum* vocari florem quemdam, de quo haec

Philadelphon. „Καὶ μυρσίνης γένη ποικίλα, μίλαξ τε, καὶ τὸ καλούμενον φιλάδελφον, ὃ τὴν ἐπωνυμίαν ἔλαβε τῇ φύσει πρόσφορον. ἐπειδὰν γὰρ ἐκ διαστήματος αὐτομάτως κραδαὶ [1] συμπέσωσιν, ἐμψύχων περιπλοκῇ [2] ἐν τῷ * [3] μένουσιν ἡνωμέναι, καθάπερ ἀπὸ ῥίζης μιᾶς. καὶ τὸ λοιπὸν ἀνατρέχουσι καὶ ζωοφυτοῦσι. διὸ καὶ τοῖς ἡμέροις φυλακὴν ἀπ' αὐτῶν κατασκευάζουσιν. [4] ἀφαιροῦντες γὰρ τῶν ῥάβδων τὰς λεπτοτάτας, καὶ διαπλέξαντες [5] δικτύου τρόπῳ, φυτεύουσι κύκλῳ τῶν κηπευμάτων· καὶ ταῦτα συμπλεκόμενα περιβόλου παρέχεται δυσπάροδον ἀσφάλειαν." d

XXX. Cypria carmina. Ἀνθῶν δὲ στεφανωτικῶν μέμνηται ὁ μὲν [6] τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκὼς, Ἡγησίας, ἢ Στασῖνος. [7] Δημοδάμας γὰρ, ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἢ Μιλήσιος, ἐν e

1 κράδαι ms. *Ep.* 2 ἐμψύχων περιπλοκὴν edd. cum ms. *A.* ἐμψύχῳ περιπλοκῇ legebat Daloc. 3 ἐν τῷ αὐτῷ vel ἐν ταὐτῷ legunt viri docti. Forsan ἑνοῦνται, καὶ μένουσιν &c. 4 παρασκευάζουσι edd. 5 διαπλεξ. τε edd. absque καί. 6 μὲν ὁ ed. Cant. & Caſ. 1. & 2. καὶ ὁ ed. Caſ. 3. 7 Forſ. ſcripſerat ἢ Στασῖνος, ἤ τις ἄλλος: aut aliquid tale. Aut dein Δημοδάμας δὲ ὁ Ἁλικ.

tradit: »Multiplex myrtorum genus, atque ſmilax, & quod *philadelphon* vocant, congruum naturae ſuae nomen ſortitum. Nam cum ex intercapedine ſponte rami coiverint, animato complexu cohaereſcunt, & in unitatem iunguntur, deinde procurrentes vivos ſurculos pariunt. Quamobrem cultis fundis ſepes ex eo praetendunt, in hortorum circuitu conſerentes commiſſis tenuiſſimis virgis, ac implexis retis modo; quae ſic contextae munimentum inacceſſum & tutum per ambitum undique praebent. «

30. Florum vero coronariorum meminit etiam *Cypriorum carminum* auctor, Hegeſias, ſive Staſinus. [ſive quis alius.] Nam Demodamas, Halicarnaſſeus ſive Mi-

τῷ Περὶ Ἁλικαρνασσοῦ, Κύπρια·[1] Ἁλικαρνασσέως δ' αὐτὰ εἶναί φησι ποιήματα. λέγει δ' οὖν, ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας αὐτὰ, ἐν τῷ ιαʹ. οὑτωσί·

Εἵματα[2] μὲν χροΐας τότε αἱ Χάριτές τε καὶ Ὧραι[3].
ποίησαν, καὶ ἔβαψαν ἐν ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν,
οἷα φέρουσ' ὧραι, ἔν τε κρόκῳ, ἔν θ' ὑακίνθῳ,
ἔν τ' ἴῳ θαλέθοντι, ῥόδου τ' ἐνὶ ἄνθεϊ καλῷ,
ἡδέϊ,[4] νεκταρέῳ, ἔν τ' ἀμβροσίαις καλύκεσσιν[5]
f ἄνθεσι ναρκίσσου καλλιῤῥόου·[6] οἷ'[7] Ἀφροδίτη
ὥραις παντοίαις τεθυωμένα εἵματα ἕστο.

Οὗτος ὁ ποιητὴς καὶ τὴν τῶν στεφάνων χρῆσιν εἰδὼς φαίνεται, δι' ὧν λέγει·

Ἡ δὲ σὺν ἀμφιπόλοισι φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
πλεξάμενη στεφάνους εὐώδεας, ἄνθεα γαίης,

1 οὐ Κυπρίου corr. Hemst. Forsan Κυπρία μὲν. 2 ἵματα edd. ἱμάτια Ms. 3 καὶ αὖραι edd. 4 ἤδει Ms. 5 καλύκεσσιν edd. 6 Immo ἄνθους ναρκίσσου καλλίχροου aut καλλιδρόσου. 7 δῖα ed. Cant. & Cas. 1. δῖ' Ἀφρ. ed. Cas. 2. & 3. δ' οἷα Ms.

lesius, in libro de Halicarnasso ait, non Cyprium patriâ, sed Halicarnasseum; [*sive*, Cyprium quidem, sed eum Halicarnasseum] auctorem esse illorum carminum. Quisquis igitur is fuerit, haec ait libro undecimo:

Vestimenta colorata tunc Gratiae atque Horae
fecerunt, & vernis tinxerunt floribus,
quos anni tempora ferunt, & croco, & hyacintho,
& viola florente, & rosae pulcro flore,
suavi, nectareo, & ambrosiis calycibus
florum narcissi suave rorantis: qualia Aphrodite
variorum temporum flores spirantia vestimenta gestabat.

Idem poëta etiam *coronarum* usum sibi cognitum fuisse his verbis declarat:

Risum amans Venus cum suis ministris
postquam fragrantes nexuit coronas, flores telluris,

ἂν κεφαλαῖσιν ἔθεντο θεαὶ λιπαροκρήδεμνοι,
Νύμφαι καὶ Χάριτες, ἅμα δὲ χρυσῆ Ἀφροδίτη,
καλὸν ἀείδουσαι κατ' ὄρος πολυπιδάκου Ἴδης.

XXXI. Νίκανδρος δ' ἐν δευτέρῳ Γεωργικῶν καταλέγων a καὶ αὐτὸς στεφανωτικὰ ἄνθη, καὶ περὶ τῶν Ἰάδων Νυμφῶν καὶ περὶ ῥόδων τάδε λέγει·

Flores coronarii, ex Nicandro.

Ἀλλὰ τὰ μὲν σπείροις τε καὶ ὡς [1] ὡραῖα φυτεύοις
ἄνθη Ἰαονίηθε. γένη γε μὲν ἴασι διασσὰ, [2]
ὠχρόν τε, χρυσῷ τε φυὴν εἰς ὦπα προσειδές· [3]
ἅσσα τ' [4] Ἰωνιάδες Νύμφαι στέφος ἁγνὸν Ἴωνι
Πισαίοις ποθέσασαι ἐνὶ κλήροισιν ὄρεξαν.
ἤνυσε γὰρ χλούνην τε [5] μετεσσύμενος σκυλάκεσσιν,
Ἀλφειῷ καὶ λῦθρον ἑῶν ἐπλύνατο γυίων, b
ἑσπέριος Νυμφαῖσιν Ἰαονίδεσσι νυχεύσων.
Αὐτὰρ ἀκανθοβόλοιο ῥόδου κατατέμνεο [6] βλάστας,

1 Deest ὡς edd. 2 Miro turbatus versus in edd. 3 εἴ σ' ὁ πυρὸς εἴδει edd. ειδες Ms. 4 σεύατ' edd. 5 χλοῦν, ἣν δὴ vulgo. χλούνην γε corr. Caſ. aut σῦν ἄγριον χλούνην δή. 6 κατετέμνετο edd.

capitibus ſuis impoſuerunt Deae pulcris vittis decorae,
Nymphae & Gratiae, ſimulque aurea Venus,
pulcre canentes per irriguum multis fontibus Idam.

31. *Nicander* etiam ſecundo libro Georgicorum *flores* recenſens *coronarios*, cum alia, tum de Iadibus Nymphis & de roſis haec ſcribit:

Sed alios quidem ſeveris & ut pulcros plantaveris
flores Ionica origine. Sunt autem i a d u m (violarum) *genera duo,*
pallidum, & auro naturâ ſimile adſpectu,
quas Ioniades Nymphae caſtam coronam Ioni
Piſaeis in terris, amore captae, obtulerunt.
Confecerat enim aprum, canibus perſecutus,
& in Alpheo cruorem de membris ſuis abluerat,
noctu cum Nymphis Ioniadibus cubiturus.
Porro ſpinis infeſtae r o s a e abſcinde ſurculos,

Flores coronarii, ex Nicandro.

τάφροις τ' ἐμπήξειας, ὁδὸν διπάλαιστα τελέσσων.[1]

πρῶτα μὲν Ὠδονίηθε Μίδης,[2] ἅπερ Ἀσίδος[3] ἀρχὴν

λείπων, ἐν[4] κλήροισιν ἀνέτρεφεν Ἠμαθίοισιν[5]

αἰὲν ἐς ἑξήκοντα πέριξ κομόωντα[6] πετήλοις.

δεύτερα Νισαίης[7] Μεγαρηΐδος. οὐ δὲ Φασηλὶς,[8]

c οὐδ' αὐτὴ[9] ΛευκόΦρυν ἀγασσαμένη[10] ἐπιμεμΦὴς,

Ληθαίου Μάγνητος ἐφ' ὕδασιν εὐθαλέουσα.

Κισσοῦ δ' ἄλλοτε κλῶνες εὐῤῥίζου[11] καπέτοισιν,

πολλάκι δὲ στέφος αὐτὸ κορυμβήλοιο Φυτεύσαις

Θράσκιον η ἀργο πόνηε[12] κλαδέεσσι πλανήτην,

βλαστοδρεπιδεχύτοιο[13] καὶ εἰς μίαν ὀρεοκόρσην[14]

σπεῖραν ὑπὸ σπυρίδεσσι νεοπλέκτοισι καθάπτων,

1 διπαλαίστατε λέσχην vulgo. 2 Ὠδονίης Θέμιδος edd. Θεμιδης Ms. 3 ἀπεράσιδος vulgo. 4 λείπωμεν vulgo. 5 ἀνέστριφε ἠματίοισιν vulgo. 6 χαμάοντα edd. 7 Νισίης vulgo. 8 φάσηλις vulgo. φάσηλος Natal. 9 οὐδ' αὖ ἡ legebam. 10 ἀγασσαμένης vulgo. ἀγασσαμένοις corrigunt alii. 11 εὐρίζου Ms. Corrigunt κλῶνας εὐῤῥίζου. 12 ἀργυπόνης Ms. Corrigunt δάσκιον, ἀργοπόδην, ἠδὲ κλαδ. 13 Corrigunt βλάστα δρέπου δ' ἐν τοῖσι. 14 ὄρσο κόρσην corrigunt.

& fossis insige, interstitium faciens duorum palmorum.

Primas quidem ex Odonia Midas, Asiae relicto

regno, in fundis coluit Emathiis,

semper ad sexaginta circumcirca foliis comatas.

Secundum locum tenent quae sunt ex Nisaea Megarica.

Nec vero Phaselis,

nec ea quae Leucophryn (Dianam) *colit, spernenda,*

Lethaei Magnetis ad undas florens.

Radicosae aliâs h e d e r a e *in scrobibus ramos,*

saepius vero integram eius coronam, gravem etiam corymbis, serito,

umbrosam, lente serpentem, brachiis errabundam:

vel germina ex ea reseca, unâ plagâ abscindens,

deinde sportam ex viminibus nuper textis adapta,

Flores coronarii.

ὄφρα δύο κροκόωντες ἐπιζυγέοντε κορύμβοις [1]
μέσσα συνωρίζωσιν [2] ὑπερφιάλοιο μετώπου, d
χλωροῖς ἀμφοτέρωθεν ἐπηρεφέες [3] πετάλοισιν.
Σπερματίνην [4] κάλυκες κεφαλήγονοι ἀντελέουσιν, [5]
ἀργήεις [6] πετάλοισι, κρόκῳ μέσα χροϊσθεῖσαι·
ἃ κρίναι, λείρια δ' ἄλλοι ἐπιφθέγγονται ἀοιδῶν,
οἱ δὲ καὶ ἀμβροσίην, πολέες δέ γε χάρμ' Ἀφροδίτης·
ἤριστε [7] γὰρ χροιῇ. τὸ δέ που ἐπὶ μέσσον ὀνειδος
ὅπλον βρωμητάο διεκτέλλον πεφάτισται. e
Ἶρις δ' ἐν ῥίζῃσιν ἀγαλλίδι ἠδ' [8] ὑακίνθῳ
Αἰαστῇ προσέοικε, χελιδονίοισι δὲ τέλλει [9]
ἄνθεσιν, ἰσοδρομεῦσα χελιδόσιν. αἵ τ' ἀνὰ κόλπῳ [10]

1 κόρυμβοι corr. 2 συνορίζωσιν edd. 3 ἐπηρεφέες edd. 4 σπερματικὴν & κεφαλὴν corrigit Caſaub. Equidem σπερματικαὶ legebam. 5 ἀντιάλλουσιν malles. 6 ἀργυρέοις corr. Scal. & Caſaub. ἀργέννοις Fior. Equidem ἀργῆτες malebam. 7 ἤρισε corrigunt. Temere ἤρισε ed. Caſaub. 2. & 3. 8 ἀγαλλιάσι δ' vulgo. 9 τίλλει vulgo. 10 αἵτ' ἀνακόλπῳ vulgo.

ſic corymbi ut duo croceı ſimul iuncti
mediâ ſui parte coaleſcant, erecto ſuperne vertice
utrinque, virenti faſtigiati & tecti fronde.
Semine praegnantes calyces in ſummis caulibus nati oriuntur,
albi foliis, croco in medio tincti,
quae c r i n a, *alii vero* l i l i a *vocant cantores,*
alii item ambroſiam, multi autem oblectamentum (immo vero, *contentionem*) *Veneris:*
contendit enim (cum ea) *de colore: quare in medio probrum,*
rudentis animalis membrum, aſſurgere dicitur.
I r i s radicibus agallidi & hyacintho
Aiacis e cruore orto ſimilis eſt; hirundinariis vero adſurgit
floribus, ſimul cum hirundinibus proveniens. Hae e gremio ſuo.

φυλλάδα νηλείην [1] ἐκχεύετον, ἀρτίγονοι δὲ [2] *et Nicandro.*
εἴδοντ' [3] ἠμύουσαι [4] ἀεὶ κάλυκες στομίοισι.
Σὺν καί περ τοξία [5] χροιῇ λυχνὶς, οὐδὲ θρυαλλὶς,
οὐδὲ μὲν ἀνθεμίδων κενεὴ γηρύσεται [6] ἀκμὴ,
οὐδὲ βοάνθεμα κεῖνα τά τ' αἰπύτατον [7] κάρη [8] ὑψοῖ, [9]
φλὸξ δὲ [10] θεοῦ αὐγῆσιν ἀνερχομένης ἀνιοῦσα.
f Ἕρπυλλον [δ' ἐφύδροισιν ἐνὶ] [11] βώλοισι φυτεύσεις,
ὄφρα κλάδοις μακροῖσιν ἐφερπύζων διαῆται, [12]
ἠὲ καταχρεμαῇσι [13] ἐφιμείρων [14] ποτὰ Νυμφέων.
Καὶ δ' αὖ τῆς [15] μήκωνος ἄπο πλαταγώνια βάλλοις,
ἄβρωτον κώδειαν [16] ὄφρα κνώπεσσι φυλάξῃ.

1 φυλλάδαν ἠλείην vulgo. φυλλάδα μυλείην corrigunt. 2 ἀρτίγονον δὲ vulgo. 3 εἶδον τε τ' vulgo. 4 ἠμνοῦσαι edd. 5 Σὺν καὶ πορφυρία coni. Caſ. 6 γηράσεται vel γηρήσεται Dalec. & Purſ. 7 τά τε πύτανον edd. τά τε πύτατον ms. A. & cod. Natal. 8 κάρυ edd. κόρυ ms. A. κάρα Caſaub. 9 ὑψοῦ vulgo. 10 φλὸξ τε forſ. 11 Monſtroſe vulgo δὲ φριαλεύσο τ' ἐν. 12 διάκταιχι edd. & carent dein εἰ. 13 καταχριμάσειει edd. & cod. Nat. καταχριμάσαιτο corr. Caſaub. καταχριμανει ms. A. καταχριμάνται malebam. 14 ἐφ' μίρων vulgo. 15 καὶ δ' αὐτῆς vulgo. 16 κωδιαν mssti, & ſic mox iterum.

folia ſaeva effundunt; recens nati vero
flores conſpiciuntur ſemper inclinatis orificiis.
. . . . . colore lychnis, neque thryallis,
nec anthemidum vanus dicetur eſſe vigor,
nec boanthema illa, quae altiſſime caput attollunt,
& flammula, quae redeunte ſolis ſplendore ſurgit.
Serpyllum vero in [humido] ſolo plantabis,
ut ramis longis ſerpens diffundatur,
aut dependeat expetens potum Nympharum.
Iam vero papaveris abiice folia,
ſalvum ut caput ſerves, ne a culicibus erodatur.

Flores coronarii,

φύλλοισιν [1] γὰρ πάντα διοιγομένοισιν [2] ἐφίζει
ἑρπετὰ, τὴν δὲ δρόσοισιν ἐϊσκομένην βοτέονται
κώδειαν, καρποῖο μελιχροτέρου πλήθουσαν. a
θρίων δ' οἰχομένων [3] ῥέα μὲν φλόγες ἄλλοτε [4] ῥείπῃ [5].
πλῆξαν [6] σαρκοτύπησι· τὰ δ' οὐ βάσιν ἐστήριξαν,
(θρῖα δ' οὐ λέγει τὰ τῆς συκῆς, ἀλλὰ τὰ τῆς μήκωνος.)
οὔτε τί παι [7] βρώμην ποτιδεγμένα, πολλάκι δ' ἴχνη
στιφροῖς ὠλίσθησαν ἐνιχρίμψαντα [8] καρήνοις.
Ἀδρύνει δὲ βλάστα βαθεῖ [9] ἐν τάχεϊ [10] καρπὸν
σαμψύχου λιβάνου τε νέας κλάδας, ἠδ' ὅσα κῆποι b
ἀνδράσιν ἐργοπόνοις στεφάνους ἐπιπορσαίνουσιν.

1 φυλάσσειν vulgo. Corrigunt φύλλα σίνει. Nescio an rectius φύλλασιν ὃ γάρ. 2 διοιγομέναισιν mssti. 3 διοιχομένων vulgo. 4 Forf. ἄλλοσε. 5 ῥείπει ms. Nat. ῥιπῆς corrigit Scal. 6 ἦξαν corrigunt. 7 οὔτε τί πω corrigunt. Forf. οὐχέτι πη. 8 ἐνιχρίμψαντες edd. ἐνιχρίμψαντι ms. A. 9 Temere βάθει ed. Cas. 3. 10 τάχει edd. πάχει corr. Scal.

Foliis enim omnia apertis insident
insecta, & roribus simile depascuntur
caput, fructu mellito repletum.
Detractis vero foliis, (θρίων δ' οἰχομένων) *facile quidem flammae subinde percusserint*
ictibus carnem-ferientibus: illa vero firmum non amplius gradum habent,
(θρῖα hic non *ficûs folia* dixit poëta, sed *papaveris:*)
nec cibi iam quidquam nanciscuntur: saepe vero vestigia
fallunt quum rigidis adpropinquant capitibus.
Augent vero germina profundâ in celeritate [sive, *crassitie*] *fructum*
amaraci, & roris marini novos ramulos, & quotquot horti
viris cultoribus coronas suppeditant.

ex Nicandro.

ἢ γὰρ[1] καὶ λεπταὶ πτερίδες, καὶ παιδὸς ἔρωτες
λεύκῃ ἰσαιόμενοι, σὺν καὶ[2] κρόκος εἴαρι μύων,[3]
κύπρος τ', ὀσμηρόν τε σισύμβριον,[4] ὅσσα τε χ' οἷα
ἄσπορα ναομένοισι τόποις[5] ἀνεθρέψατο λειμὼν
κάλλεα, βουφθαλμόν τε, καὶ εὐῶδες Διὸς ἄνθος,
c χάλκας, σὺν δ' ὑάκινθον, ἰωνίδας τε[6] χαμη-
λὰς,[7]
ὀρφνοτέρας ἂς τῦξε[8] μετ' ἄνθεσι Περσεφόνεια.
σὺν δὲ καὶ ὑψήεντα πανόσμιον,[9] ὅσσα τε τύμβοι[10]
φάσγανα παρθενικαῖς νεόχου παισὶν[11] ἀμφιχέον-
ται·
αὐταί τ'[12] ἤιθεαι ἀνεμωνίδες ἀστράπτουσαι,
τηλόθεν ὀξυτέρῃσιν ἐφελκομέναι χροιῇσιν.
(ἐν ἐνίοις δὲ γράφεται „ἐφελκομέναι φιλοχροιαῖς.")

1 ἢ γὰρ ed. Cant. & Caſ. ἡ γὰρ Natal. αἱ γὰρ corr. Purſ. 2 λευκὰ ἶσα μίνοισιν καὶ edd. λευκὰ ἰσαιόμενοισιν καὶ mssti. 3 μυίων mssti. 4 κύπρος τε σισύμβριον vulgo. ὀσμηρὸν dedit *Epit.* 5 νεομένοισι πότοις vulgo. 6 ἴων δὰς τε edd. 7 Temere χαμυλὰς ed. Caſaub. 8 τεῦξε ed. Caſ. 2. & 3. 9 πανόσμεον ms. *A.* 10 τύμβοις videtur leg. 11 Corrigunt παρθενικᾶς (παρθενικῆς malles) νεόχου ποσὶν ἀμφ. 12 αὖταί τ' edd.

Huc referendae etiam tenues filices, & paederotes
populo ſimiles, & crocus vere ſe abscondens,
& cyprus, & fragrans ſiſymbrium; & quoscumque qualesque
ſponte creſcentes in locis irriguis alunt prata
venuſtos flores, ut buphthalmum, & odoratum Iovis florem,
caltham, & hyacinthum, & humiles violas,
quibus obſcuriorem inter flores colorem Proſerpina dedit:
adhaec altum panoſmium, & qui tumulis
recens ſepultarum virginum circumfunduntur gladiolorum
de genere:
ipſaeque iuvenes anemonides fulgentes,
procul ſplendidioribus allicientes coloribus.

(Pro ἐφελκομέναι χροιῇσιν, in nonnullis codicibus ſcribitur ἐφελκομέναι φιλοχροιαῖς.)

Πᾶς δέ τις ἢ ἑλένειον[1] ἢ ἀστέρα φωτίζοντα d
δρέψας, εἰνοδίοισι θεῶν παρακάββαλε[2] σηκοῖς,
ἢ αὐτοῖς βρετάεσσιν, ἅ τε πρώτιστον ἴδωνται·
πολλάκι θέλκια[3] καλὰ, τό τε χρυσανθὲς ἀμέργων,
λείριά τε[4] στηλαῖσιν ἐπιφθίνοντα καμόντων,
καὶ γεραιὸν πώγωνα,[5] καὶ εὐστραφέας[6] κυκλαμίνους,[7]
σαύρην τ', ἣ χθονίου[8] πέφαται στέφος Ἡγεσιλάου.[9]

XXXII. Plantae astra sequentes.

Ἐκ τούτων τῶν ἐπῶν δῆλον γίνεται, ὅτι ἕτερόν ἐστι τὸ χελιδόνιον τῆς ἀνεμώνης. τινὲς γὰρ ταὐτὸ εἶ- e ναι φασί. Θεόφραστος δέ φησι, τὰς διανθήσεις[10] λαμβάνειν διασυνακολουθοῦντα[11] τοῖς ἄστροις,[12] τὸ ἡ-

1 ἑλίνειον vulgo. 2 παρακάμβαλε edd. 3 θ' ἴλκια corr. Scal. An θέλκτρια? 4 λήρια τε edd. λιρίας τε mssti. 5 Forf. καί γε τράγου πώγωνα, vel καὶ τράγιον πωγ. 6 εὐτραπέας vulgo. Poteras & εὐπρεπέας coniectare. 7 κυκλαμίνου vulgo. 8 χθόνιον edd. 9 Ἡγεσιλίου vulgo. Ἀγεσιλάου corr. Casaub. 10 τὰς δ' ἀνθήσεις ms. A. 11 δεῖ συνακολουθοῦντα vulgo. 12 Perperam τοῖς ἀγρίοις apud Theophr.

Quisquis es vero, aut helenium aut astera splendentem
collige, & Deorum in aediculis quae in via sunt depone,
aut ad ipsa simulacra quaecumque primum conspexeris;
saepe pulcra thelcia [placamenta] *carpens*, velut *chrysanthemum*,
& lilia, quae defunctorum in cippis marcescant,
& gerontopogonem, & tortiles cyclaminos,
& sauram, (nasturtium,) *quae corona dicitur inferi Agesilai.* (Plutonis.)

32. Ex his versibus manifestum fit, aliud esse chelidonium, aliud anemonen: quas plantas nonnulli easdem esse dicunt. Theophrastus vero ait, esse plantas quasdam, quarum flores constanter astra sequantur; in his

λιοτρόπιον καλούμενον, καὶ τὸ χελιδόνιον· καὶ γὰρ τοῦτο ἅμα τῇ χελιδόνι ἀνθεῖ. Καὶ ἀμβροσίαν δὲ ἄνθος τι ἀναγράφει ὁ Καρύστιος ἐν Ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασι, λέγων οὕτως· „Νίκανδρός φησιν, [1] ἐξ ἀνδριάντος τῆς κεφαλῆς Ἀλεξάνδρου τὴν καλουμένην ἀμβροσίαν φύεσθαι ἐν Κῷ.“ προείρηται δ' ἄνω περὶ αὐτῆς, ὅτι τὸ
f κρῖνον οὕτω λέγουσι. Τιμαχίδας δ', ἐν τετάρτῳ Δείπνου, καὶ θήσειόν τι ἀναγράφει καλούμενον ἄνθος· **Ambrosia.**

Θήσειόν θ' [2] ἁπαλὸν, μήλῳ ἐναλίγκιον ἄνθος,
Λευκερέης [3] ἱερὸν, περικαλλὲς, ὅν ῥα [4] μάλιστα
φίλατο. —

ἀπὸ τούτου δέ φησι [5] τοῦ ἄνθους καὶ τὸν τῆς Ἀριάδνης καλούμενον στέφανον πεπλέχθαι. Καὶ ὁ Φερεκράτης δὲ, ἢ ὁ πεποιηκὼς τὸ δρᾶμα τοὺς Πέρσας, μνημονεύων καὶ αὐτὸς ἀνθῶν τινων στεφανωτικῶν, φησίν· **Ariadnae corona.**

(a appears in the margin beside "της δὲ")

1 Ὁ Νίκανδρός φησιν edd. 2 Θήσειόν δ' edd. 3 Λευκερέης ed. Cant. & Caſ. 1. Temere Λευκεράης ed. Caſ. 2. & 3. Λευκοθέας vel Λευκορόης corr. Caſaub. 4 ὑπὲρ ῥα, aut περικαλλέος ὄρρα corr. Caſ. 5 φασὶ edd.

heliotropium, & chelidonium: nam hoc ſimul cum hirundinis adventu floret. Sed & *ambroſiam* florem quemdam commemorat Caryſtius in Hiſtoricis Commentariis, ita ſcribens: »Nicander ait, e capite ſtatuae Alexandri in Co inſula naſci ambroſiam quam vocant.« De hac autem ſupra dictum eſt, *lilium* ita vocari. Timachidas vero quarto libro Coenae etiam florem quemdam Theſeium dictum memorat:

Theſeium tenerum, malo ſimilem florem,
Leuctreae ſacrum, perpulcrum, quem maxime
amabat. —

Et ex hoc flore nexam fuiſſe ait *Ariadnae coronam* quae vocatur. Iam Pherecrates quoque, aut qui auctor eſt fabulae quae Perſae inſcribitur, flores nonnullos commemorans coronarios, ait:

Ὦ [illegible] [illegible],
[illegible] δ' [illegible], [1]
καὶ [illegible] [illegible],
καὶ [illegible] [illegible]·
ὦ [illegible] [illegible],
[illegible] δὲ [illegible], [2]
[[illegible] δ' [illegible],] [3]
καὶ [illegible] [illegible]
[illegible], [illegible] [4] [illegible]
[illegible], [5] ὡς [illegible] [illegible].

Ὁ δὲ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]·

Τῶ [illegible] [illegible]
[illegible] [6] [illegible] [7]
ἐν [illegible] [illegible],
[illegible] [illegible],
[illegible] [8] [illegible] τ' [illegible]
[illegible] [9] καὶ [illegible].

1 [illegible] edd. 2 [illegible] edd. 3 Corrumpens versionis [illegible] [illegible] [illegible]. 4 [illegible] edd. [illegible] [illegible] Ep. 5 [illegible] edd. 6 [illegible] edd. [illegible] corr. Dalec. 7 An [illegible]? 8 [illegible] edd. [illegible]. [illegible] τ' [illegible] corr. Salm. 9 λ[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] corr. Salm.

O [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], & [illegible] [illegible],
& [illegible] ([illegible]) [illegible], & rosas [illegible];
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]; [illegible], [illegible];
[illegible] - - - -, & [illegible] [illegible]!
[illegible], & [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible], [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible], quae fabula eidem Pherecratis [illegible], haec [illegible]:

Sed [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]-[illegible], & [illegible] [illegible],
& [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible].

Ἐν τούτοις ζητῶ, τί τὸ τρίφυλλον. καὶ γὰρ εἰς Δημαρέτην ἀναφέρεταί τι ποιημάτιον, ὃ ἐπιγράφεται Τρίφυλλον. κἀν τοῖς ἐπιγραφομένοις δὲ Ἀγαθοῖς Φερεκράτης ἢ Στράττις φησί·

„Λουσάμενοι δὲ πρὸ λαμπρᾶς ἡμέρας ἐν
τοῖς στεφανώμασιν, οἱ δ' ἐν τῷ μύρῳ.“

λαλεῖ δὲ [1] περὶ σισυμβρίων κοσμοσανδάλων τε. καὶ Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς·

Παντοίοις γε μὴν [2] κεφαλὴν
ἀνθέμοις ἐρέπτομαι,
λειρίοις, ῥόδοισι, κρίνοις, [3]
κοσμοσανδάλοις, ἴοις,
καὶ σισυμβρίοις, ἀνεμώ-
νων κάλυξί τ' ἠριναῖς,
ἑρπύλλῳ, κρόκοις, ὑακίν-
θῳ, ἑλιχρύσου κλάδοις,
οἰνάνθησιν, ἡμεροκαλ-
λεῖ τε τῷ φιλουμένῳ, [4]

1 Vulgo ἐν τῷ μύρῳ λαλεῖται περὶ σισυμβ. 2 Forſ. γ' ἐμὴν κεφαλὴν. 3 Vulgo h. l. ῥόδοις, κρίνοις. Alibi, ῥόδοις, κρίνοισι. 4 Salmaſ. corrigit, ἡμεροκάλλει, τῷ μίλῳ, ἀνθρ.

In his quaero quid ſit *trifolium.* Nam & poëmation eſt, *Trifolium* inſcriptum, quod Demaretae auctori tribuitur. Et in Bonis quae inſcribitur fabula Pherecrates aut Strattis ait:

Lavarunt ante diem ſplendidum in
coronamentis, alii vero in unguento.

Loquitur autem de ſiſymbriis & coſmoſandalis. Et Cratinus in Effoeminatis:

Omnis generis floribus caput meum corono:
liliis, roſis, crinis, coſmoſandalis, violis,
& ſiſymbriis, & anemonarum vernis calycibus,
ſerpyllo, crocis, hyacintho, helichryſi ramis,
oenanthae floribus, & dilecta hemerocallide,

Ὦ μαλάχας μὲν ἐξερῶν,
ἀναπνέων δ' ὑάκινθον, [1]
καὶ μελιλώτινον λαλῶν,
καὶ ῥόδα προσσεσηρώς·
ὦ φιλῶν μὲν ἀμάρακον,
προσκυνῶν δὲ σέλινα, [2]
[γελῶν δ' ἱπποσέλινα,] [3]
Incedens cosmosandala. καὶ κοσμοσάνδαλα βαίνων·
ἔγχει, κἀπιβόα [4] τρίτον
παιῶν', [5] ὡς νόμος ἐστίν.

Ὁ δὲ πεποιηκὼς τοὺς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένους Μεταλλεῖς φησίν·

Ὑπ' ἀναδενδράδων ἁπαλὰς
ἀσπαλάθους [6] πατῶντες [7]
ἐν λειμῶνι λωτοφόρῳ,
κύπειρόν τε δροσώδη, b
κ' ἀνθρύσκου [8] μαλακῶν τ' ἴων
Trifolium. λείμακα [9] καὶ τριφύλλου.

1 διὰ ὑάκινθον edd. 2 σέλινον edd. 3 Corruptus versiculus deest edd. 4 κἀπιβοάτριτον edd. κἀπιβόα ms. *Ep.* 5 παιὰν edd. παίων ms. *Ep.* 6 ἀσπαράγους corr. Dalec. 7 An πατοῦντες? 8 ἀνθρίσκου edd. ἀνθρίσκον, μαλακόν τ' ἴον corr. Salm. 9 λίμακα vulgo. μίλακα καὶ τρίφυλλον corr. Salm.

O tu, qui malvam evomis, & spiras hyacinthum,
& melilotinum (unguentum) *loqueris, & rosea arrides;*
cuius oscula amaracum olent; concubitus, apium;
qui - - - -, & incedis cosmosandala!
infunde, & adclama tertium paeanem, uti ius & fas est.

Tum auctor Metallicorum, quae fabula eidem Pherecrati tribuitur, haec ait:

Sub arbustivis vitibus teneras calcantes aspalathos
in prato loti-ferace, & cyperum roscidum,
& anthrysci molliumque violarum areas & trifolii.

Ἐν τούτοις ζητῶ, τί τὸ τρίφυλλον. καὶ γὰρ εἰς Δημαρέτην ἀναφέρεταί τι ποιημάτιον, ὃ ἐπιγράφεται Τρίφυλλον. κἀν τοῖς ἐπιγραφομένοις δὲ Ἀγαθοῖς Φερεκράτης ἢ Στράττις φησί·

„ Λουσάμενοι δὲ πρὸ λαμπρᾶς ἡμέρας ἐν
τοῖς στεφανώμασιν, οἱ δ' ἐν τῷ μύρῳ."

λαλεῖ δὲ [1] περὶ σισυμβρίων κοσμοσανδάλων τε. καὶ Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς·

Παντοίοις γε μὴν [2] κεφαλὴν
ἀνθέμοις ἐρέπτομαι,
λειρίοις, ῥόδοισι, κρίνοις, [3]
c κοσμοσανδάλοις, ἴοις,
καὶ σισυμβρίοις, ἀνεμώ-
νων κάλυξί τ' ἠριναῖς,
ἑρπύλλῳ, κρόκοις, ὑακίν-
θῳ, ἑλιχρύσου κλάδοις,
οἰνάνθῃσιν, ἡμεροκαλ-
λεῖ τε τῷ φιλουμένῳ, [4]

1 Vulgo ἐν τῷ μύρῳ λαλεῖται περὶ σισυμβ. 2 Forſ. γ' ἐμὴν κεφαλὴν. 3 Vulgo h. l. ῥόδοις, κρίνοις. Alibi, ῥόδοις, κρίνοισι. 4 Salmaſ. corrigit, ἡμεροκάλλει, τῷ μίλῳ, ἀνθρ..

In his quaero quid ſit *trifolium*. Nam & poëmation eſt, *Trifolium* inſcriptum, quod Demaretae auctori tribuitur. Et in Bonis quae inſcribitur fabula Pherecrates aut Strattis ait:

Lavarunt ante diem ſplendidum in
coronamentis, alii vero in unguento.

Loquitur autem de ſiſymbriis & coſmoſandalis. Et Cratinus in Effoeminatis:

Omnis generis floribus caput meum corono:
liliis, roſis, crinis, coſmoſandalis, violis,
& ſiſymbriis, & anemonarum vernis calycibus,
ſerpyllo, crocis, hyacintho, helichryſi ramis,
oenanthae floribus, & dilecta hemerocallide,

ἀνθρύσκου [1] φόβη [2] . . .
. . . .
τῷ τ' ἀειφρούρῳ μελιλώ-
τῳ κάρα πυκάζομαι,
καὶ ὁ [3] κύτισος αὐτόματος
παραμέδοντος [4] ἔρχεται.

XXXIII. Coronae in conviviis.

Ἡ δὲ τῶν στεφάνων καὶ μύρων πρότερον εἴσοδος εἰς τὰ συμπόσια ἡγεῖτο τῆς δευτέρας τραπέζης, ὡς παρίστησι Νικόστρατος ἐν Ψευδοστιγματίᾳ, διὰ τούτων·

— Καὶ σὺ μὲν d
τὴν δευτέραν τράπεζαν εὐτρεπῆ [5] ποίει,
κόσμησον αὐτὴν παντοδαποῖς τραγήμασι,
μύρον, στεφάνους, λιβανωτὸν, αὐλητρίδα λάβε.

Φιλόξενος δ' ὁ Διθυραμβοποιὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Δείπνῳ ἀρχὴν ποιεῖται τὸν στέφανον τῆς εὐωχίας, οὑτωσὶ λέγων·

1 ἀνθρυσκίσκου edd. ἀνθρυσκίσσου Ms. 2 Vulgo φοβεῖτε τ' ἀεὶ φρούρῳ absque lacunae signo. 3 Deest vulgo artic. 4 παρὰ μέδοντος vulgo. 5 εὐπρεπῆ vulgo.

anthrysci [floribus, & hederae] comâ,
& semper-custodiente meliloto caput cingo;
& cytisus sponte sine mea cura venit.

33. Coronarum & unguentorum missus in convivia praecedebat olim secundas mensas, ut docet Nicostratus in Pseudostigmatia, ubi ait:

— Et tu quidem
secundam mensam paratam (sive, *elegantem*) *fac;*
orna eam multifariis bellariis;
unguentum, coronas, thura, tibicinam sume.

Philoxenus vero, poëta dithyrambicus, in poëmate quod Coena inscribitur, coronam initium statuit epuli, ita scribens:

„Κατὰ χειρὸς δ' ἦλυθ' ὕδωρ· ἁπαλὸς παιδίσκος ἐν ἀργυρέᾳ προχόῳ φέρων ἐπέχευεν. εἶτ' ἔφερε στέφανον λεπτᾶς ἀπὸ μυρτίδος [1] εὐγνήτων κλάδων [2] δισύναπτον." [3]

e Εὔβουλος, Τιτθαῖς·

Ὡς γὰρ εἰσῆλθε τὰ γερόντια τότε εἰς δόμους, [4]
εὐθὺς ἀνεκλίνετο. παρῆν ὁ στέφανος ἐν τάχει·
ἤρετο [5] τράπεζα· παρέκειθ' ἅμα τετριμμένη
μάζα χαριτοβλέφαρος.

Τοῦτο δ' ἦν [6] ἔθος καὶ παρ' Αἰγυπτίοις, ὡς Νικόστρατός φησιν ἐν Τοκιστῇ. Αἰγύπτιον γὰρ ὑποστησάμενος τὸν τοκιστήν, [7] φησί·

A. Καταλαμβάνομεν τὸν πορνοβόσκον καὶ δύο [8]
f ἑτέρους κατὰ χειρὸς ἀρτίως εἰληφότας

1 Vulgo στεφανολεπτὰς ἀπὸ μυρτίδων. 2 Corrigunt εὔγνητον (vel εὐάγνητον) κλάδον. Alii εὐγνάμπτων κλάδων. 3 δυσσύναπτον Dalec.
4 Versus, si alioqui probus, tali quodam modo scribendus:
['Αλλ'] ὡς γὰρ εἰσῆλθε τὰ γερόντια τότ' εἰς δόμους.
5 ἤρετο vulgo. 6 γὰρ ἦν edd. 7 τὸν τοκ. ὑποστησ. edd.
8 καὶ δι' ἑτέρους edd, καὶ δύ' ἑτέρους Ms.

»Et lavandis manibus adlata est aqua: delicatus puer argenteo in gutto illam adferens adfundebat. Dein coronam adferebat ex tenuis myrti elegantibus ramis dupliciter nexam.«

Eubulus, in Nutricibus:

Postquam enim vetuli tunc domum sunt ingressi,
statim adcumbebant. Aderat celeriter corona:
adferebatur mensa: adponebatur simul intrita
maza venustis-superciliis.

Erat vero idem mos etiam apud Aegyptios, ut Nicostratus docet in Foeneratore. Aegyptium enim inducens foeneratorem, ait:

A. *Deprehendimus lenonem, & duo*
alios, cum iam modo aquam lavandis manibus accepissent

καὶ στέφανον.[1] B. Εἶεν καλὸς ὁ καιρὸς, Χαιρεφῶν. Σὺ δὲ γαστρίζου, Κύνουλκε· καὶ μετὰ ταῦτα ἡμῖν εἰπὲ,[2] διὰ τί Κρατῖνος εἴρηκε τὸν μελίλωτον „ τῷ τ'
Ἔξοινος, ὁ μεθύστης. ἀειφρούρῳ μελιλώτῳ." Ἐπεὶ δέ σε φῶ ἔξοινον ἤδη γεγενημένον· (οὕτως δ' εἴρηκε τὸν μεθύσην Ἄλεξις ἐν Εἰσοικιζομένῳ·) παύσομαί σε ἐρεσχελῶν,[3] καὶ τοῖς παισὶ παρακελεύομαι κατὰ τὸν Σοφοκλέα, ὃς ἐν Συνδείπνοις φησί·

Φορεῖτε, μασσέτω τις, ἐγχείτω βαθὺν 2
κρητῆρ'· οὐδ' ὡνὴρ οὐ,[4] πρὶν ἂν φάγῃ, καλῶς,
ὅμοια καὶ βοῦς ἐργάτης, ἐργάζεται.

Καὶ κατὰ τὸν Φλιάσιον δ' Ἀριστίαν· καὶ γὰρ οὗτος ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Κηρσὶν[5] ἔφη·

Σύνδειπνος ἢ 'πίκωπος ἢ μαζαγρέτας,
Ἅιδου[6] τραπεζεὺς, ἀκρατέα[7] νηδὺν ἔχων.

1 τὸν στέφανον, absque καὶ, edd. 2 εἰπὲ ἡμῖν edd. 3 ἐρεσχηλῶν Ms. Forſ. ἐριεχηλᾶν. 4 Vulgo κρητῆρα. ὁ δ' ἀνὴρ οὐ. κρητῆρ'· ἀνὴρ δ' οὐδεὶς corr. Br. 5 Κρησὶν Natal. 6 Αἰδοῦ edd. αἰδοῖ ms. *Ep.* 7 ἀκρατιαῖαν edd. (cum ms. *A.*) ἀκρατιαῖαν corr. Toup.

& coronam. B. *Opportunum fuerit temporis momentum, Chaerephon!*

Tu vero ventri indulge, Cynulce; ac dein nobis exprome, cur Cratinus de meliloto loquens dixerit, *ſemper-cuſtodiente meliloto.* Sed quum te videam *vino iam captum*, ἔξοινον, (ſic enim, quem *ebrium*, μεθύσην, vulgo dicimus, Alexis dixit in Colono) deſinam te laceſſere, & pueros iubeo, ſecundum id quod Sophocles ait in Unà-coenantibus:

Adferte, mazam paret aliquis, infundat profundum
craterem. Nec enim vir hic, priusquam comederit,
non magis quam bos operarius, opus recte facere poteſt.

Et, quod Phliaſius Ariſtias ait in fabulâ, quae Parcae inſcribitur:

Conviva eſt aut remex, aut mazae venator,
Orci paraſitus, incontinentem ventrem habens.

Ἐπεὶ δὲ τοσούτων λεχθέντων μηδὲν ἀποκρίνεται, κελεύω αὐτὸν κατὰ τοὺς Ἀλέξιδος Διδύμους χυδαίοις στεφανωθέντα στεφάνοις ἐξάγεσθαι τοῦ συμποσίου.
b τῶν δὲ χυδαίων στεφάνων μνημονεύων ὁ κωμῳδιοποιὸς φησί·

Στεφάνων δὲ τουτωνὶ [1] χύδην πεπλεγμένων.

Κἀγὼ δ' ἐπὶ τούτοις τοῦ λέγειν ἤδη παύσομαι τὸ τήμερον, παραχωρῶ τε τὸν περὶ τῶν μύρων λόγον τοῖς βουλομένοις διεξέρχεσθαι· τῷ τε παιδὶ προστάττων ἐπὶ τῇ στεφανηφόρῳ ταύτῃ μου διαλέξει, κατὰ τὸν Ἀντιφάνους, * [2]

[Στεφάνους] [3] ἐνεγκεῖν δεῦρο τῶν χρηστῶν δύο,
c καὶ δᾶδα χρηστὴν ἡμμένην χρηστῷ πυρί.

οὕτω γὰρ τὴν τῶν λόγων διέξοδον ὥσπερ δράματος ποιήσομαι. Καὶ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας, ὥσπερ αὐτοῦ σιωπὴν καταμαντευσάμενος, ἀπέθανεν εὐτυχῶς, Moritur Ulpianus.

1 τούτων Ms. 2 Intercidit fabulae nomen. 3 *Deest* vox στεφάνους vulgo. An φανούς ?

Quoniam vero hic ad omnia haec, quae dicta sunt, nihil respondet; iubeo illum (ut est in Alexidis Geminis) tumultuariis coronis coronatum e convivio exportari. Tumultuariarum autem coronarum meminit ille comicus his verbis:

Coronis hisce tumultuarie nexis.

Ego vero post haec finem dicendi in hunc diem faciens, disputationem *de Unguentis* relinquo his, qui eam persequi voluerint; puerumque iubeo ob hunc meum coronarium sermonem, (quod ait ille Antiphaneus . . .)

Coronas huc adferre ex illis bonis duas,
& facem bonam bono accensam igne.

Sic enim meae orationis, tamquam dramatis, exitum faciam. Et post paucos dies, quasi sibi ipse (aeternum) silentium vaticinatus esset, diem supremum obiit felici-

οὐδένα καιρὸν νόσῳ παραδοὺς, πολλὰ δὲ λυπήσας ἡμᾶς τοὺς ἑταίρους.

XXXIV. Unguenta non decent virum.

Περιενεγκόντων δὲ τῶν παίδων ἐν ἀλαβάστροις καὶ ἄλλοις χρυσοῖς σκεύεσι μύρα, τὸν Κύνουλκον θεασάμενός τις, πολλῷ τῷ μύρῳ τὸ πρόσωπον ἐπέχρισεν. ὁ δὲ διεγερθεὶς, καὶ μόλις ἑαυτὸν ἀναλαβών· Τί τοῦτ'; εἶπεν, Ἡράκλεις, οὐ σπογγιᾷ τίς μου παρ- d
ελθὼν τὰ πρόσωπον ἐκκαθαρίσει, μεμολισμένον μαγγανείαις πολλαῖς; ἢ οὐκ οἴδατε καὶ τὸν καλὸν Ξενοφῶντα ἐν τῷ Συμποσίῳ ποιοῦντα τὸν Σωκράτην [1] τοιαυτὶ λέγοντα· „Νὴ Δί', ὦ Καλλία, τελέως ἡμᾶς ἑστιᾷς· οὐ γὰρ μόνον δεῖπνον ἄμεμπτον παρέθηκας, ἀλλὰ καὶ ἀκροάματα καὶ θεάματα ἥδιστα παρέχεις. [2] Τί οὖν; εἰ καὶ μύρον ἐνέγκαι τις ἡμῖν, ἵνα καὶ εὐωδίᾳ [3] ἑστιώμεθα. [4] Μηδαμῶς, ἔφη ὁ Σωκράτης.

Socrates in Xenophontis Convivio.

1 Σωκράτη edd. 2 καὶ ὃς ἔφη additur apud Xenoph. 3 εὐωδίαν edd. 4 ἑστιώμεθα edd. ἱστιωμ. Ms.

ter, nullo relicto aegrotationi ſpatio, incredibili noſtrûm omnium dolore, qui eius familiaritate uſi eramus.

34. Quum deinde *unguenta* in alabaſtris aliisque vaſis aureis circumferrent pueri, conſpiciens aliquis (ſopore oppreſſum) Cynulcum, multo unguento faciem eius illevit. Et ille expergefactus, poſtquam tandem ad ſe rediiſſet: Quid hoc rei eſt? inquit, o ſancte Hercules! Nonne accedet aliquis, & ſpongiâ faciem meam abſterget, multis ſordibus inquinatam? An neſcitis, etiam elegantem Xenophontem in Sympoſio Socratem inducere haec dicentem: »Per Iovem, o Callia, convivium quo nos excipis, omnibus numeris perfectum eſt. Nec enim ſolum coenam eiusmodi nobis adpoſuiſti, in qua nihil deſiderari queat; verum etiam acroamata & ſpectacula nobis exhibes ſuaviſſima. Quid vero? [inquit ille:] ſi quis etiam unguentum nobis adferat, ut ſuaves quoque odores epulemur. Minime, inquit Socrates. Sane enim

ὥσπερ γάρ τοι ἐσθὴς ἄλλη μὲν γυναικεία, ἄλλη δὲ e ἀνδρεία καλὴ, οὕτω καὶ ὀσμὴ ἄλλη μὲν γυναικὶ, [1] ἄλλη δὲ ἀνδρὶ πρέπει. καὶ γὰρ ἀνδρὸς μὲν δή που ἕνεκεν, ἀνδρῶν [2] οὐδεὶς μύρῳ χρίεται. αἵ γε μὴν γυναῖκες, ἄλλως τε ἂν καὶ [3] νύμφαι τύχωσιν οὖσαι, ὥσπερ ἡ Νικηράτου τε τούτου, καὶ ἡ Κριτοβούλου, μύρου μέν τι [4] καὶ προσδέονται; [5] αὐταὶ [6] γὰρ τούτου [7] ὄζουσιν. ἐλαίου δὲ τοῦ ἐν γυμνασίοις ὀσμὴ καὶ παροῦσα ἡδίων [8] ἢ μύρου γυναιξὶν, καὶ ἀποῦσα ποθεινοτέρα. καὶ γὰρ δὴ μύρῳ μὲν ἀλειψάμενος δοῦλος καὶ ἐλεύθερος, εὐθὺς ἅπας ὅμοιον ὄζει. αἱ δ' ἀπὸ τῶν f ἐλευθέρων μόχθων ὀσμαὶ ἐπιτηδευμάτων τε πρῶτον χρηστῶν καὶ χρόνου πολλοῦ δέονται, εἰ μέλλουσιν ἡδεῖαί τε καὶ ἐλευθέριοι [9] ἔσεσθαι.“ Καὶ ὁ θαυμα-

1 ἄλλη μὲν ἀνδρὶ, ἄλλη δὲ γυναικὶ edd. ex Xenoph. 2 ἀνὴρ ap. Xen. Deest vocab. edd. 3 καὶ ἂν malles. 4 μέ τι vulgo. Forſ. μή τι. 5 Deest vulgo interrogationis ſignum. 6 ταῦται vulgo. αὗται apud Xenoph. 7 γὰρ τοῦτο edd. 8 Vulgo apud Athen. ſic legebatur: καὶ παρουσία ἀνδρῶν (forſ. παροῦσα ἀνδράσιν ſcripſerat Athenaeus) ἢ μύρου γυναιξὶν ἡδίων, καὶ ἀπουσία ποθεινοτέρα. 9 ἐλευθέριαι Ms.

ut alia veſtis muliebris pulcra eſt, alia virilis; ſic etiam alius odor mulierem, alius virum decet. Etenim viri utique cauſſa nemo vir unguento ungitur. Mulieres vero, praeſertim ſi recens nuptae ſint, ſicut Nicerati huius & Critobuli, unguentum-ne illae (in viris) requirerent, cum ipſaemet unguentum redoleant? At olei odor, quo in gymnaſiis utimur, ſi quidem adſit, gratior eſt quam unguenti mulieribus; & magis, ſi abſit, deſideratur. Etenim ſi quis unguento ſe perunxit, ſive ſervus ſit, ſive ingenuus, mox quilibet perinde redolet. At, qui ſunt ex liberalibus laboribus odores, prius & ſtudioſas exercitationes & longum tempus deſiderant, ſi velis & ſuaves eos eſſe & liberales.« Atque etiam ad-

σιώτατος δὲ Χρύσιππος, τὴν ὀνομασίαν, φησὶ, λαβεῖν τὰ μύρα ἀπὸ τοῦ μετὰ πολλοῦ μόρου καὶ πόνου[1] ματαίου γίνεσθαι. Λακεδαιμόνιοί τε ἐξελαύνουσι τῆς Σπάρτης τοὺς τὰ μύρα κατασκευάζοντας, ὡς διαφθείροντας τοὔλαιον· καὶ τοὺς τὰ ἔρια δὲ βάπτοντας, ὡς ἀφανίζοντας τὴν λευκότητα τῶν ἐρίων. Σόλων τε ὁ σοφὸς διὰ τῶν νόμων κεκώλυκε τοὺς ἄνδρας[2] μυροπωλεῖν.

XXXV. Voluptas nulla sine virtute.

„Νῦν δὲ τῶν ἀνθρώπων οὐχ αἱ ὀσμαὶ μόνον, ὥς φησι Κλέαρχος ἐν γ΄. Περὶ Βίων,[2] ἀλλὰ καὶ αἱ χροιαὶ τρυφερὸν ἔχουσαί τι, συνεκθηλύνουσι τοὺς μεταχειριζομένους. ὑμεῖς δ᾽ οἴεσθε τὴν ἁβρότητα χωρὶς ἀρετῆς ἔχειν τι τρυφερόν;[3] καί τοι Σαπφὼ, γυνὴ μὲν πρὸς ἀλήθειαν οὖσα, καὶ ποιήτρια, ὅμως ἠδέσθη[4] τὸ καλὸν τῆς ἁβρότητος ἀφελεῖν, λέγουσα ὧδε·

Ἐγὼ δὲ φίλημι[5] ἁβροσύναν,

1 ποτοῦ ed. Cant. & Caf. 1. πόθου ed. Caf. 2. 3. 2 ἐν δευτέρῳ περὶ Βίων edd. 3 Non indicabatur vulgo interrogatio. 4 ἠδέσθη edd. 5 φιλήμμι edd. φίλημμι Ms.

mirabilis Chrysippus ait, nomen invenisse *unguenta* (τὰ μύρα) ab eo, quod cum multo *μόρῳ*, cum multa molestia & labore vano parentur. Lacedaemonii vero urbe eiiciunt eos qui unguenta conficiunt, ut qui oleum perdant; quemadmodum eos qui lanam tingunt, ut qui candorem lanae obliterent. Et sapiens Solon legibus suis vetuit, ne unguenta venderent viri.

35. »Nunc vero hominum non odores solum, ut ait Clearchus tertio libro DE Vitis, sed & colores, luxuriosum quidpiam habentes, effoeminant hos qui illos tractant. Vos vero putatis-ne, elegantiam absque virtute delicati quidquam habere? Atqui Sappho, cum vere quidem mulier esset, eademque poëtria, tamen verita est honestatem ab elegantia separare, ita dicens:

Ego amo elegantiam:

καί μοι τὸ λαμπρὸν ἔρος [1] ἀελίω
b καὶ τὸ καλὸν λέλογχε.

Φανερὸν ποιοῦσα πᾶσιν, ὡς ἡ τοῦ ζῆν ἐπιθυμία τὰ λαμπρὸν καὶ τὸ καλὸν εἶχεν αὐτῇ. ταῦτα δ' ἐστὶν οἰκεῖα τῆς ἀρετῆς. Παῤῥάσιος δ' ὁ ζωγράφος, καίπερ παρὰ μέλος ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ τέχνην τρυφήσας, καὶ τὸ λεγόμενον ἐλευθέριον ἐκ ῥαβδίων τινῶν καὶ ποτηρίων [2] ἑλκύσας, λόγῳ γ' οὖν [3] ἀντελάβετο τῆς ἀρετῆς, ἐπιγραψάμενος τοῖς ἐν Λίνδῳ πᾶσιν αὐτοῦ ἔργοις·

Ἁβροδίαιτος ἀνὴρ, ἀρετήν τε σέβων, τάδ' ἔγραψεν
Παῤῥάσιος. —

ᾧ κομψός τις, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὑπεραλγήσας ῥυπαί-
c νοντι τὸ τῆς ἀρετῆς ἁβρὸν καὶ καλὸν, ἅτε φορτικῶς μετακαλεσαμένῳ εἰς τρυφὴν τὴν δοθεῖσαν [4] ὑπὸ τῆς

1 ἔρις edd. 2 ἐκ ῥαβδίων ἔκ τινων ποτ. vulgo: ubi forſ. καὶ ἐκ τινῶν vel ἔκ τε τινῶν ποτ. oportebat. ἐκ ῥαβδ. τινῶν ἔκ τε καυστηρίων coni. Caſ. 3 γὰρ οὖν edd. 4 τὴν εἰς τρυφὴν δοθ. vulgo. Forſ. εἰς τρυφὴν τὴν εἰς τροφὴν δοθεῖσαν.

& mihi amor lucis & ſplendorem
& honeſtatem ſortitus eſt.

Teſtatum faciens omnibus, vitae amorem apud ipſam & ſplendorem & honeſtatem habere: ſunt autem haec cum virtute coniuncta. Parrhaſius vero pictor, quamquam praeter modum ſupra artem ſuam magnificus & arrogans, & liberalem quae dicitur ſortem vitamque ex bacillis quibusdam & poculis ducens, verbo tamen virtutem ſibi vindicavit, cum omnibus ſuis quae Lindi ſunt operibus haec inſcriberet:

Elegantis vir vitae, virtutemque colens, haec pinxit
Parrhaſius. —

Cui facetus aliquis indignatus, puto, quod virtutis ſplendorem pulcritudinemque pollueret, ut qui, quas fortuna ei dederat [*ſive*, quas ars ei ad vitam ſuſtentendam

τύχης [1] χορηγίαν, παρέγραψε τὸ Ῥαβδοδίαιτος ἀνήρ. ἀλλ' ὅμως, διὰ τὸ τὴν ἀρετὴν φῆσαι τιμᾷν, ἀνεκτέον." [2] Ταῦτα μὲν ὁ Κλέαρχος. Σοφοκλῆς δ' ὁ ποιητὴς, ἐν Κρίσει [3] τῷ δράματι, τὴν μὲν Ἀφροδίτην, Ἡδονήν τινα οὖσαν δαίμονα, μύρῳ [4] ἀλειφομένην παράγει, καὶ κατοπτριζομένην· τὴν δ' Ἀθηνᾶν, Φρόνησιν οὖσαν καὶ Νοῦν, ἔτι δ' Ἀρετὴν, ἐλαίῳ χρωμένην καὶ γυμναζομένην.

Sophoclis fabula Κρίσις.

XXXVI.

Odores caput & pectus recreant.

Τούτοις ἀπαντήσας ὁ Μασσούριος ἔφη· ὦ δαι- d
μόνιε ἀνδρῶν, οὐκ οἶδας ὅτι αἱ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἡμῶν αἰσθήσεις ὀδμαῖς ἡδείαις παρηγοροῦνται, προσέτι τε θεραπεύονται, καθὰ καὶ Ἄλεξίς φησιν ἐν Πονήρᾳ οὕτως·

— Ὑγιείας μέρος
μέγιστον, ὀσμὰς [5] ἐγκεφάλῳ χρηστὰς ποιεῖν.

1 An ὑπὸ τῆς τέχνης? 2 Forf. ἀνεκτεός. 3 ἐν Κρησσὶ, vulgo: id est, *in Cretensibus*. 4 καὶ μύρῳ edd. 5 ὀδμὰς edd.

paraverat] opes, illas arroganter ad luxuriam revocasset; mutato verbo, pro Ἁβροδίαιτος, adscripsit Ῥαβδοδίαιτος ἀνήρ. Verum, quoniam tamen virtutem se colere ait, ferendus." Haec quidem Clearchus. Sophocles vero poëta, in dramate cui Iudicium titulus est, Venerem quidem, utpote Voluptatem Deam quamdam, unguento sese perungentem inducit, & in speculo faciem suam contemplantem: Minervam vero, quippe Prudentiam & Mentem, eamdemque Virtutem, oleo utentem & exercitationibus.

36. His occurrens Masurius: O hominum optime! inquit, an nescis, sensus nostros in cerebro sitos suavibus odoribus demulceri recrearique; quemadmodum etiam Alexis in Aerumnosa ait:

— Sanitatis pars
haec maxima, odores cerebro bonos adferre.

καὶ ὁ ἀνδρειότατος δὲ, προσέτι δὲ καὶ πολεμικὸς [1] ποιητὴς, Ἀλκαῖος ἔφη·

Καδδ' ἐχεύσατε [2] μύρον ἀδὺ καττῶ στήθεος ἄμμι.

e καὶ ὁ σοφὸς δ' Ἀνακρέων λέγει που· [3]

Τί μὴν [4] πέτεαι, συρίγγων
κοιλότερα στήθεα
χρισάμενος μύρῳ;

τὰ στήθη παρακελευόμενος μυροῦν, ἐν οἷς ἐστιν ἡ καρδία, ὡς καὶ ταύτης δηλονότι παρηγορουμένης τοῖς εὐώδεσι. τοῦτο δ' ἔπραττον, οὐ μόνον τῆς εὐωδίας ἀπὸ τοῦ στήθους κατὰ φύσιν ἀναφερομένης ἐπὶ τὴν ὄσφρησιν· ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ νομίζειν, ἐν τῇ καρδίᾳ τὴν ψυχὴν Animae fedes in corde.
f καθιδρύσθαι, ὡς Πραξαγόρας καὶ Φιλότιμος οἱ ἰατροὶ παραδεδώκασιν. καὶ Ὅμηρος δὲ φησίν·

Στῆθος δὲ πλήξας, κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ.

καὶ, — κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει.

1 πολεμικώτατος Dalec. 2 καδδεχεύατο ms. *Ep.* 3 Deest που edd. 4 Τί μὰ πετ. corr. Caf. *Quidni advolas?*

Et fortiffimus atque etiam bellicofus poëta Alcaeus ait:

Suave unguentum mihi defuper in pectus effudit.

& fapiens Anacreon dicit alicubi:

Cur vero avolas, fiftulis
magis - cava pectora
inuncta habens unguento?

Hortatur unguento inungi pectus, in quo ineft cor; quod ipfum fcilicet odoris fuavitate recreari innuit. Faciebant hoc autem, non modo quoniam odores fuâ naturâ a pectore ad nares adfcendunt, verum etiam quia putabant in corde fitam effe animam, ut Praxagoras & Philotimus medici tradiderunt. Quin & Homerus ait:

Percutiens pectus, cor increpuit verbis.

&: *Cor autem ei intus latrabat.*

καὶ,

Ἕκτορι δ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσε.

ὃ δὴ καὶ σημεῖον φέρουσι τοῦ τὸ κυριώτερον τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα κεῖσθαι· κατὰ γὰρ τὰς ἐν τοῖς φόβοις [1] γινομένας ἀγωνίας πάλλεσθαι τὴν καρδίαν ἐπιδηλότατα συμβαίνει. καὶ ὁ Ἀγαμέμνων δέ φησιν ὁ Ὁμηρικός·

In timore cor palpitat.

Αἰνῶς γὰρ Δαναῶν πέρι δείδια, οὐδέ μοι ἦτορ
ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι· κραδίη δέ μοι ἔξω
στηθέων ἐκθρώσκει, τρομέει δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα.

καὶ ὁ Σοφοκλῆς δὲ τὰς ἀπολελυμένας τοῦ φόβου πεποίηκε λεγούσας·

